

Notes du mont Royal



www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES
Google Livres

FLAVII
JOSEPHI
TEMPLI QVONDAM

HIEROSOLYMITANI E PRIMA

Ephemeride sacerdotis, dein To-
parchæ & Archistratet-
gi vtriusq; Galilææ

VITA,



Per Godefridum Tilmannum Cartusia Parisiensis Mo-
nachum e Græcis versa primùm, & excusa Typis.
Sum Joh. Georgij à Werdenstein, 1587.




PARISIIS,

Ex officina MICHAELIS FEZANDAT, in domo
Albreтика, è regione D. Hilarij.

CVM PRIVILEGIO.

1548.



17.22

LECTORI PIO IVXTA
ac docto Dominicus VVānerius
Albreтика typographie

Ἐπαρχεῖον.

Salutē.

*



N HABES OPTIME LE
ctor, quem in usum tuum
primi inuulgamus, commis
sum typis thesaurū in spe
ciam certè perpusillum ac
leuidensem, ne sic alioqui
pœnitendum aut asperna
bilem, vitam nempe Flauij

Iosephi Toparchæ quondam & Archistrategi
vtriusque Galilæe quam ipse sibi probè conscius
ac testis prorsus ἀξιόπιστος de se Attico lepore con
scripsit. Lege bona cum venia Interpretis, confer
cum uno quopiam Græco archetypo, & mecum
fateberis sapientissimum illum polyhistora Hier
onymum haud ab re alicubi Iosephum vocasse
Liuium Atticum. Cæterū, mirari nō desino, quī
factū sit, vt hoc segmentum vigesimi libri τὸν τέλον τῆς
ἀρχαιολογίας ita sit ab reliqua portione operis
totius auulsum & dissectum, vt quum ante annos
ab hinc plus mille aliæ eiusdem authoris commen
tationes in Latinam transferint coloniam, vita hæc
eius Græcè tantum didicerit, non etiam Latinè lo

ā ij qui.

qui. Nam q̄ legitimus sit Iosephi partus, tam multa coarguunt, vt nemo nisi præter omnē modū impudens ac refractarius sit, qui huic assertioni controvertat. Duo præsertim euincunt argumenta. Prius, est ipsa perspicuitas φράσεως perpetuo tenore excurrens, nec inamicenæ digressiones subinde pro loco intercurrentes. Dein ipse Eusebius, quæ scribit Iosephum aduersus Iustum Tiberiensem prodidisse memoriam, desumptissime fatetur ἀνθεξεῖ ē vigesimo Antiquitatum siue originum Iudaeicarum, vñā cum duabus epistolis Agrippæ regis. Sanè eadem verbotim habentur sub finem huiusc pericopes. Quare vitam hanc iure quis dicere possit Appendicem ad vigesimum Antiquitatum librum. Liberet tecū plurib⁹ agere, amice Lector, atqui non sinit opusculi istius exilitas. Ne igitur in me meo merito detorqueatur & quadret iustissimè triuialis ille adagio, Paruo pedi magnos circundare calceos, vela contraho, fisto calamum.

Fœliciter Vale.

PRO FLAVIO JOSEPHO
ELOGIVM Ē TERTIO HISTORIAE
Ecclesiasticæ Eusebij Cæsarien-
sis desumptum.



πὶ τούτοις πᾶσι ἀξιοῦ μὴ δὲ ἀν- Κεφ'. θ'.
τῷ τῷ Ῥώση ποὺ Τοσαῖτα τῇ μετὰ
Χείρας συμβεβλημένορι ισορίᾳ, ὅ-
πόθεν τὸ Εἰάφ' οὐ γένεται ὁρμᾶτο,
ἀγνοεῖμ. Δικοῖ ἡ πάλιν αὐτὸς καὶ
τὸ λέγωμα ὄδιε. Ῥώση ποὺ ματίαθις παῖς, ἐξ ἑ-
ροσολύμων ιερόθ. αὐτοστέ ἔωματες πολεμῆσε
τὰ πρῶτα καὶ τοῖς ὕγροι παραστυχώμενος ἀνάγκης,
μάλιστα, τὴν κατ' ἐκεῖνο καρέ τιθαίσιν. Ἐπειδὴ
μόνοις τοῖς ὁμοεθνέσιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς παρὰ ἔωματοις
γέγονεν ἀντεπιδιοξόταί ποὺ, ὡς αὐτῷ μὲν ἀναθέσῃ
ἀνδειάντι ποὺ ἐπὶ τὸ ἔωματα τιμιθήναι πολεως, τὸς
τὸν αὐτούς μεθέντας αὐτῷ λόγυς βιβλιοθήνης ἀξιωθῆ-
ναι. Στόποι πάσχειν τῷ τιθαίνω ἀρχαιολέγιαν
εἰδόλοις εἶνοσι πατατέθησι συγράμμασι. Τιὼν δὲ
ισορίᾳν τὴν κατ' αὐτῷ ἔωματιν πολέμειν εἰπταῖ
λόγοις ἀκούεινον τῷ ελλήνων, ἀλλὰ καὶ τῷ πατέρῳ
Φωνῇ παραδίδονται αὐτὸς ἐστιν μαρτυρεῖ, ἀξιοσῆ-
ῶμεντοι τὰ λοιπά πισθεῖσι. Καὶ ἔτερα δὲ αὐτοῦ
φέρεται αὐτούς ἀξια, διένο. Τὰ δούλια τὸν ιουδαιούς
ἀρχαιότητι ποὺ. εἰδοῖς καὶ ἀνιρέσθησι πρέστες ἀπίστων
τῷ γραμματικῷ κατὰ τιθαίνω πινιαδέσθε σωτέρ-
ειν τα λόγιαν τε πόντοι. Καὶ πρεστέλλεται, οἱ διαβόλοι
λειποῦνται αὐτοῖς τὰ πάτερα τὸν ιουδαιόν ἐθνεῖσ-
θεισκούν.

Basilien.
editio ha-
bet pro
ματία-
θις, ματί-
θου.

εἰκιφ'. i.

Πεπόνται ἡ καὶ ἄλλο τοις ἀγενῖς αὐθίκασμα
τοῦ ἀνδρὸς πολέμου αὐτοκράτορος λογισμός.
ὁ Σωτὴρ μακκαθαῖνος ἐπέγειρα τοὺς
ἀγῶνας τοῖς δύο τοις καλλιμένοις μακκαθαῖνοῖς
συγράμμασιν τὸν τοῦ θεοῦ βίστεβειας
ἀνδρειαρχείων ἐβραίων πολέμεχειν. Καὶ πρὸς τοῦ
τέλει τοῦ εἰκοσῆς ἀρχαιολογίας ἐπισημαίνεται
ὁ αὐτὸς, ὃς ἂν προηγμένος τοῦ τέτταρος συγρά-
μματος βιβλίοις κατὰ τὰς παρέεις μόξιας τοῖς ιδιαιώνι-
μοι τοῦ θεοῦ καὶ φύσιας αὐτοῦ, καὶ πολὺ τοῦ νόμων,
διετί κατ' αὐτὸς τὰ Ἀρχεῖα, ἔξεις πράττειν: τὰ δὲ κε-
κάλυπτα. καὶ ἄλλα δὲ αὐτῷ απουσιασθήναις ὁ αὐ-
τὸς τοῖς ιδίοις αὐτῷ μημονεύει λόγοις. πρὸς τύ-
ποις, θύλογοις καταστέξαι καὶ ἀστέσαι αὐτὸς φύ-
γαιολογίας τῷ τέλος φώνας παρατέθειται εἰς
πίστασιν τῷ τῷ ἐξ αὐτοῦ παραληφθεῖται οὐρανῷ μαρ-
τυρίας, ἀλλαγάλων μήτε γοῦν Τιβερίας, ὅμοιως
αὐτοῦ τὰ κατὰ τὰς αὐτὸς ισορίζει χρόνος πεπρ-
εμένοις, ὃς μήτε ἀλιθῇ συγέγερα φοτα, πολλάσε
ἄλλας θύβηντας ἐπαγγεγόρων τοῦ ἀνδρὸς, πολύτας αὐ-
τοῖς ἐπίμαχοις ἐπιτιλέγει. Θύμῳ ἐγώ σοι τῷ αὐ-
τῷ τῷ πόποι πολύ τὸ ἐμαυτὸν γραφής ἔστειχε, ἀλλ
αὐτοῖς ἐπέδιωκα τοῖς αὐτοκράτοροι τὰ βιβλία,
μόνον οὐ τῷ ἐργαρικοῦ θεοῦ βλεπομένων, συντίμειον γάρ
ἐμαυτῷ τεῖχοντο τὰς τὸ ἀλιθείας παράδοσιν,
ἔφη μαρτυρίας θάμξεαδι πρεσπονήσεος μημαρ-
τυρον. Καὶ ἄλλοις δὲ πολλοῖς ἐπέδιωκα τὰς ισορίας,
ῶν ἔνιοι παρατετμήσειν τοῦ πολέμῳ. Καθάποδος

βασιλεὺς

βασιλεὺς Ἀγρίων, καὶ θύεις αὐτῷ τῇ συμφέροντι.
Οὗτος γάρ αὐτοκράτωρ οὐ τοσούτως ἐπελήθη τινῆς
σπουδῆς αὐτοῦ παραδίδει τὴν πράξεων, ὡς εἰ
χαράξας τῇ αὐτῇ χρεῖ τὰ βιβλία, μημονίους
προσέταξεν. Οὗτος δέ βασιλεὺς Ἀγρίων τοις
δίνοι ἔγραψεν ἐπιστολὰς, τῇ τρίτῃ οἰκείᾳ παραδίδει
μαρτυρῶν, ἐξ ὧν καὶ δίνοι ταρχήθησι.

PRO FLAVIO IOSEPHO

ELOGIVM E' TERTIO HI-
STORIÆ ECCLESIASTICÆ EUSEBIJ CÆSA-
RIENSIS DESUMPTUM.



X Iosepho quum hæc omnia de- Caput. 9.
sumpserim, indignū duco nescire,
vnde is prodierit, quóve ex genere
sit originē sortitus, qui vel passim
obuiam nobis exhibuit tantam hi-
storiæ cognitionem: præsertim quum rem eiusmo-
di hisce edisserat verbis: Evidem ipse ego Iosephus Initio
Matthathiæ filius ex Hierosolymis sacerdos procemij
qui primùm quidem arma quū promouisse ad
uersus Romanos, vi tandem sum adactus adesse eis
dem ad extremum usque conflictum, quo tempo-
re tota belli moles impendebat Iudæis. Vir hic nō
apud suos modò gentileis euasit clarissimus, sed &
apud Romanos tantam est consequutus nominis
gloriam, ut Romæ cohonestari promeruerit de-
ā iiii dica-

.icatione virilis statuæ . Libri insuper quos accu-
ratiore studio conscripserat, digni habitu sunt qui
bibliotheçæ inferrentur. Sanè hic historiam omnē
Iudaicæ antiquitatis in libros viginti contulit. Rur-
sus belli aduersus suam gentem per Romanos ge-
sti historiam complexus est libris septem , quam
quidem non Græcanica solum eloquentia sed &
patrio dicendi charactere se tradidisse sibi ipse te-
stis est, dignus planè cui deinceps fides habeatur.
Hos præter, alij duo feruntur de Iudæorum anti-
qua origine ab eodem imp̄siore opera elaborati,
quibus elidit controversiosum Apionis Gramma-
tici librum paulò antè aduersus Iudæos concinna-
tum: alios itidem reuincti qui quidem connixi fue-
rant legitimos patriosve ritus Iudaicæ gentis con-
cerpere.

E' Cap. 10.
τὸν δέκανον
τονεράν
γεως λο-
γισμού.

EST & aliud opus haud aspernabile viro huic
seria opera elaboratum , de eo quod omnibus
per se ratio imperet, id quod quidam
inscripsere Maccabaicum . Complectitur enim a-
gones pro tuenda erga Deum pietate fortiter to-
leratos ab Hebræis qui hac nomenclatura in Mac-
cabæorum libris insigniuntur. Sub finem proinde
vigilimi Antiquitatum perspicuè docet se animo
destinasse conscribere libros quatuor iuxta fidem
religionemve Iudaicæ genti solennem, de Deo &
eius essentia, deque legibus. cur hæc quidem face-
re liceat Iudæis , illa non item sed prohibeantur.
Quin idem in propriis sparsim libris commemori-
nit aliorum operum sua vnius opera perscriptio-
rum. Rationi præterea consentaneum fuerit huic
adscri-

adscribere loco ad verbum quæ sub Antiquitatū
finem adiecit ad corroborandā fidem inducti te-
stimonij eorum quæ ipso authore ad nos vsq; per-
uenerunt . Dum enim crimen falsi confert in
Iustum Tiberiensem qui conatus esset secundum
tempus illud gesta scribere , quæ & Iosephus
memoriæ prodiderat , quum alioqui nihil scri-
psisset quod ad veritatem pertineret historiæ ,
pleraque insuper alia reprehensione digna im-
pingens viro hisce verbis subnectit elogium cri-
minum . Etiamsi ad eum modum loquar , haud
tamē fuit quòd meis vnius scriptis abs te malè me-
tueré , quando ea ipsis cōsecraui Imperatoribus ob
quorum oculos tantūnō res ipsæ gestæ etiamdū
obuersabātur . Mihi enim ipsi eram probè cōscius ,
& obseruarim traditionē veritatis , cuius gratia quū
initiò sperassem perfruiturum me esse testimonio
eruditorum , nihil dum aberraui à scopo . Et aliis
quidem aliquammultis tradidi legendam historiæ
quorum nonnulli interfuerunt ei bello : in quibus
numerandus venit rex Agrippas , alij item quidam
illi congeneres . Quin & imperator ipse Titus re-
rum quas gesserat , cognitionem ex iis & solis cu-
pidè adē voluit hominibus tradi , vt propriæ ma-
nus subscriptione imperarit eos euulgari ac prodi
in communem hominum usum : porrò Agrippas
traditæ per me veritati testimentiū perhibuit dua-
bus & sexaginta epistolis , è quibus duas ipse Iose-
phus attexit .

Nimirum
huic vitæ
fux.

PRO FLAVIO IOSEPHO
elogium alterum è tomo primo
ecclesiastice historie Her-
mie Sozomeni ex-
scriptum.



ώσηπος μὲν ὁ ματθίας ὁ ἰδρυτής, ἀπὸ

παρὰ τε ιεράμονας κήρυξα μαίοις ἐπιδό-

ξόντατος γενόμενος, αὖτις χρεως ὅμη-

εῖη μάρτυς αὐτῷ τῷδε. Νέον ἀληθείας.

Ανδρας δὲ γέρων αὐτῷ ἀχριστεῖρι δικεῖ

λόγη. ἦν ἡ σπαραδίξωμ ἐργάρι ποιητής καὶ μιθάσκαλος

καὶ νε- λόγων ἀληθῶν. χριστὸν τὸν θεοφανῶν ὄνομάζει, καὶ

φαλ. οἱ ζεῦς ταρφῷ καταπικαδῆναι, καὶ τοῖτοι τὸν θεόν τοις

ταφῆναι. καὶ ἀλλα μυρία. Θαυμάσια τῷδε ἀυτῷ

πρειερᾶς τοῖς θεοῖς πρεφήταις τὸν ἀγυνοῖ. πολ-

λὺς δὲ οὗτος οὐ εἶπεν οὐδὲν τὸν θεόν τοις θεοῖς

μέντοις ἀλλα πάντας οὐ τὸν μαρτύρει, καὶ τὸ ἀπ' αὐτῷ

ἐνομασμένον μὴ ἐπιλεῖ. Ταῖς φύλοις καὶ μοι λοκεῖ

ταῦτα ἴσορων μονονυχίᾳ βοῶμι ἀναλόγως τοῖς ἔρ-

γοῖς θεοῖς εἶναι τὸν χριστόν. Καὶ τὸν τὸν παραδίξου

πράγματος καταπλαγεῖς, ὠδέπτως μέσος τοῦ πα-

ρούραμε, μηδὲν τοῖς εἰς αὐτὸν πιστόντες εἶπον καὶ

ταῦτα μοι λογεῖσθαι τοις θαυματορεῖσιν τοῖς θεοῖς.

Ερείπιας φθάσαντες, καὶ περὶ τὴν ἀλλων ἀνθρώπων εἰς

χριστιανομόντα μεταβαλεῖν. καὶ τὰ ἔξης.

PRO FLAVIO IOSEPHO
elogium alterum è tomo primo ec-
clesiasticae historiae Her-
miæ Sozomeni ex-
scriptum.



O S E P H V S
insuperMatthiē
filius, idemq; sa-
cerdos, vir cūm
apud Iudæos,
tū apud Roma-
nos celeberrī-
mus, dignus pla-
nè qui veritatē
quæ de Deo est,
suo astruat te-
stimonio. I sete-

nim subueretur virum dicere, quippe quæ nosset Virū nem
fuisse admirabiliū opificem operum ac sermonum pe Chri-
veritate nitentium doctorē . Christum alioqui ni- stum.
hil obscurè pronunciat eum qui & cruci addictus
tertio à sepultura die rediuius se suis cōspicuum
reddiderit. Quin & hunc minimè latuit de eodem
innumera alia admiratione prorsus dignissima
prædicta esse diuinis prophetarum oraculis. Te-
stis proinde est non paucos eorū quos ad sui imi-
tationem asciuerat, Gentiles iuxta ac Iudæos eate-
nus perseuerasse in eius dilectione, eamque gen-
tem

Interme-
dius legis
& gratie.

tem quæ à Christo sortita esset nomen, nihil im-
minui. Crediderim hunc dum eiusmodi memoriae
prodidit, tantum non proclamasse ratione consen-
tanea operibus ipsis Christum esse Deum. Rerum
enim gestarum admiratione perstrictus hunc in
modum medius pretercurrit, nullo alioqui pacto
cōtrouersiosus in fideles, magis verò eis con-
sentaneus. Hæc dum ipse mecum repu-
to, admiratio sanè non mediocris,
nec ab re subiit animum qua-
tandé ratione Hebræi
mutatis animis non
etiam reliquo
hominum
generi
an-
te -
uer
terint ad
complexum Chri-
stianæ fidei. Et quæ sequuntur.

ELENCHVS SENTEN-
TIARVM ISTIVS APPENDI-
cis literatoria serie di-
gestus.



E B V T I V S
 magni cā
 pi præfe-
 ctus. 43
Agrippas
 rex miser
 tus Iu-
 dæorum dat successorem
 Varo. 24
Agrippæ regis clementia in
 megistanas suos. 59
Agrippæ regis erga Philip-
 pum Ioachimi comitas 68
Agrippæ pro Iosepho elo-
 gium minimè fucatum. 137
Agrippæ epistola intercipi-
 tur: hinc Tiberiæsibus im-
 pendet periculum. 143
Ambitionis malū attēde. 74
Anani pontificis iusta primū
 sententia, dein iniusta διὰ
 τὴν δωροθοκίαν. 72.73
Ananīæ hypocrisis & mali-
 tiosum cōmentum pro Io-
 natha. 110

B

Banus Anachoretes,
 quo cum triénium
 degit Iosephus. 5
 Berenices beneficio Iustus
 vitam debebat, alioqui in-
 gratus. 133

C Litus seditionis au-
 thor sibi sinistram
 præcīdit. 65
D Abaritenorū quo-
 rundam attende
 prædā, & in quod
 vitæ discrimē Iosephus de-
 uenerit. 48.49
D Damascenorum attende in-
 clementiam. 11
Dometiæ Augustæ erga Io-
 sephum liberalitas. 160
E Galilæa in Hieroso-
 lymitanam regio-
 nem per Samariam
 iter est tridui. 102
Eλευχία aduersus Iustum
 Tiberiensem. 126
Equitis adolescentis impu-
 dentia erga Iosephū. 82.83
G Alilæotum beneuo-
 lentia erga Iose-
 phum. 33
 Galilæorū vociferatio & ap-
 plausus p Iosepho. 94.95
 Galilæorum indignatio &
 Iosephi clementia in Io-
 nathan. 99
 Galilæorū ad prædam aui-
 ditas

ditas ob impotēs odiū. 141	Ioannis Gischaleni ambi-
Gamala arx cur Romanis adhærescebat. 18	tio. 27
Gessij militū ruina cladem inevit extrema Iudeæ. 9	Ioannes vieti hostibus Gi-
Gischalorum calamitas per Ioannis malignitatē. 17	schala excitat. 18
H	Ioánes Gischalenus αἰσχυλος καθηγειται. 28
H Erodis aedes quam ob causam à fun- damentis suffo- ciuntur. 25	Ioannis altera αἰσχυλος φη- σια. 29
Hierosolymitæ quid scribat Iosepho. 24	Ioannis & inuidia & mali- gnitas in Iosephum. 33
Historiæ lex prima, veritas est. 127	Ioannis erga Iosephū ingra- titudo è radice ambitio- nis. 34
Historico licet alienam co- arguere improbitatē. 127	Ioannis in Iosephum mali- gnitas. 36
Homœosis elegans. 126	Ioannis Gischaleni inuidia in Iosephum ex ambitio- ne. 46.47
I	Ioannes Gabarenos in suam erabit sententiam. 47
I Esus Aphiae regiam in- cendit spe potiundi an- to. 26	Ioannis Gischaleni in Io- sephum ex ambitione ma- lignitas. 71
Iesu Aphiae filij auida rapa- citas. 26	Ioannis ambitiosi exitus quis. 78
Iesu Tiberiensis aedes erant arcis instar. 93	Ioannis Gischaleni in Iose- phum nequitia. 89
Iesu Tiberiensis molitio ad- uersus Iosephum pro Io- natha. 103	Ioannis veterotorium con- siliū aduersus Iosephū. 119
Iesu malitia in Iosephū. 111	Ioannis Gischaleni me- tus. 139.140
Iesu Tiberiensis malignitas in Iosephum. 113	Ionathæ & collegarum in- fidiatrix epistola ad Iose- phum. 81
In Ionathæ complices popu- lus accenditur ira pro Io- sepho. 112	Ionathæ & collegarum al- tera epistola ad Iose- phum. 82
Ioannis Gischaleni consiliū factiosum. 17	Ionathæ per epistolam man- da-

- | | | |
|---------------------------------------------------------------------|-----------|------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| datum. | 36 | tus est. |
| Ionathæ abitio per Galilææ oppida ac digna eius ambitione receptio. | 36.37 | Iosephi pater Matthiæ siue (vt alij) Mattathias & gener & virtute insignis effulserit. |
| Ionathæ complicum detentio per exploratores. | 92 | Iosephus cum germano suo Matthia vt eruditus est. |
| Ionathæ complicum conatus aduersus Iosephum. | 94 | Iosephus non minus memoria valuit atque ingenio. |
| Ionathæ complicum trepidatio. | 95 | Iosephus Ολογένεματος & à puero. |
| Ionathæ epistole duæ aduersus Iosephum. | 98 | Iosephus post annum decimunnonum ætatis complexus est Pharisaismum Stoicæ sectæ similem. |
| Ionathas, & Iesus & Iustus plebem solicitans ad defensionem. | 105 | Iosephus annovigesimo sexto cur Romam ascenderit. |
| Ionathæ & complicum malitiosus dolus. | 106.107 | Iosephus in sacerdotes pi ^o . |
| Ionathæ ad Ioannem epistola aduersus Iosephum. | 110 | Iosephus vt periclitatus in Adriatico mari. |
| Ionathæ & complicum deploreta malignitas. | 112 | Alityrus ob histrionicen Neroni charissimus. |
| Ionathæ & complicum cum Ioanne concilium cogunt Tiberiade. | 118 | Iosephus per Alityrum infatuatus est Pompeiæ Augustæ. |
| Ionathas & Ananias intercepti astringuntur vinculis. | 120 | Iosephus studet motoriam factionem comprimere. |
| Iosephus vtroq; parente nobili & cum primis clarogenituit. | pagina. i | Iosephus vitæ consultans in Antoniam, dein in adytâ templi suffugit, demun ad pontifices se recepit. |
| Iosephi pater è prima ephemeride. 24. sacerdotum. | 2 | Iosephum cum duobus collegis præficiunt Galilææ Hierosolymitæ. |
| Iosephi mater è regia stirpe Asamoniorum prodiit. | 2 | Iosephi collegarum auditas ad rem. |
| Iosephi patris genealogia. | 2 | Iosephus Herodis regiam cur |
| Iosephus natus est anno primo Gaij Cæsaris. | 3 | |
| Iosephus tres liberos sorti- | | |

- cur iusserat solo æquari. 25
 Iosephi prouidentia circa su-
 pellestilem regalem. 27
 Iosephus indolem pericli-
 tur Ioannis. 27
 Iosephus de eiusmodi scribit
 Senatui Hierosolymita-
 no. 24
 Iosephi erga collegas fi-
 des. 25
 Iosephi prouidentia in cu-
 stodienda supellestile re-
 gis Agrippæ. 27
 Iosephi indulgentia erga Io-
 annem Gischalonū. 28.29
 Iosephi prouidentia in ser-
 uando populo à sicariis. 30
 Iosephi prudentia erga præ-
 fectos vtriusq; Galilææ. 31
 Iosephus purus omnis cor-
 ruptelæ in decernendis iu-
 diciis. 31
 Iosephi continentia. 32
 Iosephi mansuetudo. 32
 Iosephi prouidentia aduer-
 sus Iusti & Pisti insidias. 34
 Iosephi clementia erga Ti-
 berienses. 35
 Iosephi prudentia & clemen-
 tia erga Iesum sicariorum
 principem. 41
 Iosephi clementia in dimit-
 tendo Iesu & complicibus
 immodica. 42
 Iosephi erga Semphoritas
 indulgentia. 42
 Iosephus pro duabus trans-
 fugis ab rege aduersus Iu-
 dæos. 42.43
 Iosephi prouidentia in ser-
 uando & alendo exerci-
 tu. 45
 Iosephus per quos in discri-
 menvitæ adductus sit. 48
 49.50.51.52.53.54.55
 Iosephi præsens ingenium
 aduersus seditiosos. 56.57
 Iosephus ratione probat Ro-
 manos non esse venefi-
 cos. 58
 Iosephi transfugium ad Hip-
 penos. 59
 Iosephus & Taricheas & Ti-
 beriadem cingit muris. 60
 Iosephi in discriminé pos-
 ti obseruantia ob Sabba-
 ti reuerentiam. 61
 Iosephi fidelis amor erga
 Taricheenses. 61
 Iosephi strategema aduer-
 sus perfidos Tiberien. 62.63
 Iosephi benignitas erga pri-
 mores Tiberiensium. 66
 Iosephi iusta ad Iustum in-
 iustum Tiberensem ad-
 monitio. 66
 Iosephus quæ & oppida &
 ciuitates mœnibus cinxe-
 rit. 70
 Iosephum erga quantus a-
 mor patris. 76
 Iosephum erga Galilæorum
 amor. 76.77
 Iosephi insomnium admira-
 bile. 77.78
 Iosephus qua cōditione con-
 sentit

- sentit in retinendo To-
 parchatu Galilææ. 79
 Iosephi quantus fuerit exer-
 citus aduersus Placidū. 80
 Iosephi prudentia solers in
 explorando ingenio ge-
 ruli epistolæ. 83.84
 Iosephi ad æmulos epistola-
 ris responsio. 84
 Iosephi per epistolā respon-
 sio ex Iotapatis. 88
 Iosephi prouidētia fibi præ-
 cauentis ab infidiis inimi-
 corum. 90
 Iosephus Iacobum & Hie-
 remiam fidissimos præfi-
 cit explorandi viis. 90
 Iosephi militaris prudentia
 in dirigenda acie. 91
 Iosephi aduentus in Gaba-
 roth cuiusmodi fuerit. 91,
 & 92
 Iosepho detinendo posite
 infidæ. 93
 Iosephi vigil studium pro
 militum tutela. 96
 Iosephus Ionathan coar-
 gut perfidæ, reuincenti-
 bus literis. 96
 Iosephi innocentia & præ-
 bitas. 97
 Iosephi in gratiam faustæ
 acclamations populi. 97
 Iosephi solertia in sedanda
 populi indignatione. 100
 Iosephus mittit Hierosoly-
 mam viroscentū, & cur. 101
 Iosephi prouidentia in ex-
 ploranda Tiberiensiu er-
 ga se fide. 104.105
 Iosephus maturè occurrit
 molitioni seditionis. 106
 Iosephus deprehenso Iona-
 thæ dolo festinu repetit
 Tiberiadem. 107
 Iosepho cōfida crima in-
 tenduntur. 108
 Iosephus extemporalis soler-
 tia in reuincendis aduer-
 sariis. 109
 Iosephus paru prouidus ad-
 uerlum inimicos. 111
 Iosephi periculum pér adue-
 tum Ioannis. 113.114
 Iosephus quām prudenter
 mortis periculū euaserit. 115
 Iosephus taurigio appulsus
 Taricheis, quid egerit ad-
 uersum hostes. 116
 Iosephus in Arbelis cogit
 cōtum aduersus ho-
 stes. 117
 Iosephus rectis prudenter
 consiliis hostium superbiā
 vt parat elideré. 120.121
 Iosephi dolus militaris in
 hostes. 123
 Iosephi clementiam atten-
 de erga infensissimos ho-
 stes. 124
 Iosephi animaduersio in mi-
 litem edicti præuaricato-
 rem. 125
 Iosephus extorta pér mili-
 tum impressionem Tibe-
 riensibus reddi iubet. 125
 Iose-

Iosephum Sepphoritæ à se recelluerunt ob fidem Ro manis præstitam.	129	uidentia & astus.	148
Iosephus euincit Iustum & conuincit mendacij.	131	Iosephus exercitum regis in fugam vertit.	149
Iosephus ante Hierosolymæ obsidionem captiuus.	131	Iosephi victoriam interpo- lauit casus fortuitus.	150
Iosephi clementia erga Ti- berienses.	132	Iosephus febrili ardore cor- ripitur.	150
Iosephi θεραπεία in euincen- do aduersario.	135	Iosephi è militibus sex in- terciderunt dolo Syllæ.	151
Iosephus τὸ ἀλώσιμον histo- riam consecrauit impera- toribus.	136	Iosephus vestigiatim asse- ctatur Sepphoritas.	153
Iosephus in historia Θλα- λιθης.	136.137	Iosephus de Vespasiani ad- uentu in Galilæam & ge- stis eius fusius in libris se- ptem πολὶ τὸ ἀλώσιμον tra- dedit.	153
Iosephi transitio ad historiæ narrationem.	138	Iosephus Vespasiani iussu du- xit vxorem.	154
Iosephi inclemens clemen- tia erga facinorosos.	138	Iosephus vxori restitutæ pri- stinæ libertati dat repudij libellum.	154
Iosephi prudens prouiden- tia.	138	Iosephus alteram ducit vxo- rem.	154
Iosephus Sepphoritarum vi- ctor & in eosdē Galilæo- rum odium.	140	Iosephus insimulatur pro- ditionis & perduellionis- tus.	154
Iosephi exemplo à præda re- uocati Galilæi fugiūt.	142	Iosephus corporis sospitate & libris sacrī nihil habuit antiquius.	155
Iosephi clementia in Tibe- rienses ingratos alioqui.	143	Iosephus ingressus templum 190. exemit impendenti fa- to, fortuna priore illis p- missa.	156
Iosephi pro Tiberiensibus prudens consilium.	144	Iosephus è crucibus affixis Iudeis, tres petit sibi do- nari.	156
Iosephus Vlyssis exemplo ἀλοτρόπουλος.	145	Iosephus cum Tito enau- gat Romam.	157
Iosephus victor primū, dein aduersum equites in pla- nicie pugnans cedit infe- rior.	147	Iole-	
Iosephi aduersum hostes p-			

- Iosepho inuident quidam
benignitatem Vespasia-
ni. 157
- Iosephus quorundam ini-
diâ periculum incurrit vi-
tae. 157
- Iosephus non semel subdu-
citur periculo vite clemen-
tiâ Vespasiani. 158
- Iosephus secundam ducit
vxorem, quam & trium li-
berorum parentem dimi-
fit. 158
- Iosephi duobus liberis præ-
mortuis tertius Hyrcanus
superstes vixit. 158
- Iosephus tertiam ducit vxo-
rem colonam quidem Cre-
tæ, at gente Iudæam, è
qua duos extulit liberos,
Iustum & Symoniden, co-
gnomento Agrippam. 158
- Iosephi peculium immune
à tributis. 155
- Iudæorum trepidatio. 23
- Iudæi Sabbati die cibum su-
munt hora diei sexta. 106
- Iustus Pisti filius tertius sectæ
Iusti ambitio perstringi-
tur. 14
- princeps. 14
- Iusti ambitus compertus. 14
- Iustus aduersus Agrippam. 15
- Iustus ad demegoriam ap-
tissimus. 16
- Iustus ob Græcanicam elo-
quentiam aggressus histo-
riam. 16
- Iustus primam historiæ le-
- Iustus suadet defectionē. 15
- gem, nempe veritatē præ-
tergreditur. 16
- Iustus mirus impostor καὶ
πλάνος. 16
- Iustus incendiarius. 16
- Iustus historic⁹ aduersus Io-
sephum patriamque mul-
ta confinxit. 126
- Iusti arrogantiam pulchrè
elidit Iosephus. 127.128
- Iusti flagitia ceu præsentia
opponit. 128
- Iustus incendiarius morti per
Vespasianū destinatur. 128
- Iustus Tiberien. author de-
fectionis. 129
- Iustus perdueillionatus reus
peragitur. 133
- Iusti ingratitudo erga Agrip-
pam. 133
- Iustus trāsfuga nec semel. 133
- Iusti ab epistolis erga regem
ingratitudo. 134
- Iusti impudens arrogantia
coniuncta iustitiae coar-
guitur. 134
- Iustus in sua historia euin-
citur mendacijs. 135
- Iusti ad regem Agrippam
transfugium & caufa. 145
- Iusti execranda ambitio. 145
- Iustum & eius concives cur-
oderint Galilæi. 146
- Iustus Iosephi tutor & cu-
stos cadit. 148
- Iustus ut incendiarius ad pœ-
nam depositur. 152
- Iustus incendiarius & eius
é ij cum

etum fratre flagitia.

16

L

LEgati ex Hierosolymis reduces quid renunciarint. 116.117

N

NObilitas apud Iudeos trahitur e fæderotum cognatione. pagina. 1
Neapolitani incursione regio Tiberiensum prædatuit. 46

P

PHilippus apposititia coma vius eximitur periculo. 18
Philippus febri corripitur, & cur. 19

Philippus Gamalæ Iudeos prudenter admonet. 23
Philippus literis significat Madio successori Vari, quæ sibi contigissent. 67

Philippus cur & Româ missus, & inde redux ad regem. 152

Pontificum ac phariseorum ob seditiones trepidatio. 9

R

ROmanis non hodie primum inusta est nota veneficij & incantationis. 57

S

SCythopolitæ in Iudeos impij ac perfidi. 10.11
Sectæ apud Iudeos tres

quas experiri noluit Iosephus. 4

Semphoritarum periculum ob istum foedus cum Romanis. 12

Sepphoritarum ingratitudo erga Iosephum. 40

Sepphoritarum in Iosephum ingratitudo. 130

in vniuersam item patram. Ibidem

Sepphoritarum erga Iosephum perfida ingratitudo. 140

Sepphoritarum depopulatio per Galikeos. 141

Sepphoritæ occurunt Vespaiano. 152

Simon Iosephi illusor eluditur astu militari. 123

Syri & Scytopolitæ aduersus inquilinos Iudeos in clementes. 10

Syrorum fauor erga Varam. 20

Syllæ ducis regij exercitus militaris solertia. 148

Syllas capitur per tergiuerationem militum Iosephi & insidias. 149

Syllas cedit loco timore pre trepidus. 151

T

TAricheenium bene uolentia erga Iosephum. 37

Tiberiensiu factio triplex. 13

Tiberenses in partes Agrip-

pas

I N D E X.

pæ transiunt.	59.60	riculum venere.	142.143
Tiberiensium optimates ac- cessiri iubet Iosephus.	25	Titi liberalitas erga Iose- phum.	155
Tiberiensium perfidia aduer- sus Iosephum.	103.104	Titi studium pro tuendo Io- sepho.	155
Tiberiensium studium in co- munienda vrbe.	119	Titi erga Iosephum libera- litas.	156
Tiberiensium militum con- tumelia & ludibria in Io- sephum.	122.123	Tyriorum cōtumelię in regē prēsente Vespasiano.	151
Tiberienses primūm victo- res, vincuntur denique & supplicant Iosepho.	123	V	
Tiberiensium altera & ter- tia supplicationes.	125	Ari malitia aduer- sus Philippum.	19
Tiberias & Sepphoris Ro- mano nomini semper in- fensa.	129	Varus Soëmi Te- trarchę nepos insoleſcit.	20
Tiberiadis geometrica di- mensione situs qualis.	130	Vari improbitas in nuncios Philippi.	20
Tiberiensium præfracta ob- stinatio aduersum Roma- nos.	131	Vari odium in Iudæos.	21
Tiberiadi pepertit Vespasia- nus Agrippæ precibus in- clinatus.	132	Varus ingenio doloso.	23
Tiberiensium mutua seditio quantam cædem ciuiū pe- pererit, attende.	132	Vespasiani æquitas in vtros- que.	152
Tiberiensium perfidia erga Iosephum, ob quam in pe-		Vespasiani in Iosephum ho- spitalis benignitas.	157
		Vespasianus, Titus & Domi- tianus in Iosephum beni- gni.	159
		Vigesimi libri τὸν τέλος λόγια clausula, quare li- bellus hic appendix dici ci potest præcedentis to- tius operis.	160

INDICIS FINIS.

ERRATA SIC
corrigito.

Pagina 5. linea 3. extenuato, dele colum,
idem locis aliis aliquot.

Pagina 57. linea 6. post habere, adde, me.

Pag. 64. lin. 2. pro iustitia, lege, iinscitiam

Pag. 68. li. 6. pro falsò, lege, falsò.

Pag. 138. li. 14. pro mi, lege, mihi.

Pag. 147. li. 7. dele, ciuitate.

Pag. 150. li. 1. pro leuus, lege, laeuus.

Eadem pag. li. 17. dele, ipso erant.

Pag. 156. li. 15. lege, deliniuntur.

P R I V I L E G E :



L est permis à Michel Fezandat,
Imprimeur & libraire, faire imprimer & exposer en vête, ce présent
liure, traduit nouuellement de
Grec en Latin, intitulé **FLAVII**
JOSEPHI VITA, Godefrido Tilmanno, Car-
tusiae Parisiensis Monacho interprete. Et desfen-
ce à tous aultres de n'en imprimer ne exposer en
vente aultres, sinon de ceulx qui seront imprimez
par ledict Fezandat, iusques à quatre ans, sur peine
de confiscation desdictz liures, & d'amende arbi-
traire. Faict le **xxiiij. d'Apuril.** 1548.

וְגַם־דָּמֹת הָנֶה נִרְשֶׁת Gen. מ.ב.

Sanguis eius super nos & superfilos nostros. Matth. 27.



Ἄρθισε ταὶ ἀπὸ ὑμῶν ἡ βασιλεία τὸ δέετο, καὶ ποθίσ-
εται ἔθνει ποιῶν τὰς καρπάς ἀυτοῦ.

Oraculum à Christo redditum Iudeis. Matth. 21.d

IN LÖN JENAUICHT UND LIDOM. Psalms.

Flauij Josephi

VITA, GODEFRI-

do Tilmanno Cartusiae Parisien-
sis monacho, Interprete.



I H I S A
nè genus ob-
tigit haud-
quaquā ob-
scurum nec
ignobile, quip
pe quod ex
antiqua illa
sacerdotum

propagine profectum est. Ut enim apud
vnamquanq; gentem vnum aliquod præ-
texitur insigne ceu princeps origo nobili-
tatis: itidem apud nos congener & affi-
nis cognatio è sacerdotio ascita, illustre est
argumentum claritudinis ac splendidi ge-
neris. Adde, quòd non è qualicunq; &
a prole-

Biblio-
or, ex col-
latiōe du-
cta.

proletaria sacerdotum serie mihi ducitur
 De his Ephemeris genus: sed è primaria ephemerede qua-
 nis sacer- tuor eī viginti, etiā si hoc in ordine haud
 dot. 1. Pa- ralip. 24. mediocre discrimen comperiatur. Iam
 quod ad maternum genus attinet, ipse ab

Asamo-
nei desie-
runt re-
gnare
post an-
nos .126.
in Anti-
gono.

stirpe regia prodiui. Asamonaei enim li-
 beri (è quorum prognata est sanguine ma-
 ter) cùm summo pontificatu, tum regia
 maiestate in gentem nostrā perfuncti sunt
 nec parum diu. At qui horū recensio iux-
 ta successionis seriem se mihi offert expli-
 candam. Proānus mihi fuit Simon cogno-
 mento Psellus. Hic natus est, quo tempo-
 re pontificatum obiuit Simonis pontificis
 filius, qui eī pontificū primus nomen for-
 titus est Hyrcani. Proinde Simoni, qui et
 Psellus, liberi fuere nouem, quorum unus
 fuit Matthias cognomēto Ephlius. Hic Io-
 nathæ pontificis filiā duxit vxorem, è qua
 suscepit filium Mathiam Kyrtum co-
 gnomento, anno principatus Hyrcani pri-
 mo. Huic nascitur Iosephus anno Ale-
 xandriæ

Johannes,
balbus.

Xandrea reginae nono. Iosephu itidem gignitur Matthias, anno Archelai regis decimo. Matthei huic ipse Ioseph⁹ sum natus anno imperij Caij Cæsaris primo. Mihi porro tres sunt liberi. In his, qui ætate est prouectior Hircanus, anno principatus Vespasiani Cæsaris quarto natus est, at Iustus septimo, nono autem Agrippas. Sane hanc nostri generis succedanea seriem uti sum internactus in publica acta relata, bona fide in medium depromo, his interim dicto vale qui adnituntur in nos adornare calūniam. Pater proinde meus Matthias non ob solam amplitudinem generis euaserat celeberrimus, quin multò pleniū commendabatur vnius iustitiae nomine, inq; ore versabatur omnium qui ciuitatem Hirusalem incolebant, totius gentis nostræ amplissimam. Ego autē qui vñā erudiebar cū Matthei fratre mihi vitroque ex parente germano, ad magna quotidie incrementa disciplinæ egr erudi

Anno Ca
ij primo
natus Io-
sephus.

a ij tionis

rionis promouebā, sic ut crederer plerisq;
meæ et atis antecellere dore viuacioris me-
moria neq; non acumine intellectus. Puer
siquidem adhuc quum essem, annos nimi-
rum natus circiter quatuor e*g* decē, quod
tum immodico flagrare desiderio literarū,
laudem palmariam reportabam ab omni
prorsus corona cūm pontificum quotidie
ex more congregientiū, tum procerum in-
clytæ ciuitatis, perinde ac si nosse ex me
cuperent, nunquid ipse per etatulā abso-
lutiū apprehendissem de legitimis ritibus
gentis nostræ. Annū rursus sextū ac de-
cimum proximè attigeram, e*g* ecce impo-
tens quædam cupiditas animo incessit re
ipsa experiundi eas quæ apud nos haben-

De his. c. tur celeberrimæ, sectas. Tres autem hæ
7.li.2. m. g̃ tñs àlā sunt: Prima quidē Pharisæorū est, Sad-
owæ, qui-
bus addit ducæorū altera, tertia verò Esenorum, si-
quartā, c. cuti plerisque in locis cōmeminimus. Ha-
gi àpxeo rum enim facto periculo, arbitrabar eam
λεγιας. itē cap. 8. me selecturū quæ esset longè optima, vbi
li. 13. expe-

experiencia doctrice, omnes cōdidicissem.
Corpore igitur aliquantum temporis ex tenuato, seueriore disciplina nec modicis attrito laboribus, quum treis hasce sectas percurrissem, ne sic quidem ab iij eiusmodi vitæ rudimento contentus. Nam audito vnum esse aliquem nomine Banum, qui ^{Banov.} per solitudinem transmittens vitam veste quidem arborum libris vt cumq; detexta vteretur, alimoniam autē sumeret quā sua sponte proferebat humus, noctu verò atq; interdiu corpus subinde perlueret frigida ad sui expiationem: hunc unum dignum duxi, quem mihi proponerem imitādum. Apud hunc equidem annos treis conuersatus deniq; eī exatiatus auiditate talismodi vitæ, in ciuitatem velut postlimino me recepi. Annum rursus agens nonum ac decimum, animo destinavi fixius vitam instituere eī consecrari hæresin Pharisæorum illi paulò minus dissimilem, quæ Græcis Stoica dicitur. Exacto
a iij tandem

tandem anno etatis sexto ac vigesimo Ro
mam ut ascenderem, contigit ob causam
qñlig, Fe mibi proximè dicendam: Felix quo tem-
pore procurabat Iudeam, sacerdotes quos
dam mihi familiari necessitudine deuin-
etos, honestos sanè ac probos, ob fortuitam
et leuem admodum causam adstrictos
vinculis misit Romam rationem factorum

Attende reposituros Cæsari, quibus ego ex animo
Idsephi pietatem cupiens viam aliquam nancisci parandæ
saluti opportunam, idq; eò maxime, quòd
intelligerem eos malis licet atrocioribus af-
flictos, neutquam obliuisci diuini cultus,
quum interim vitam tolerarent qualicun-
q; sicum ac nucum alimonia, Romam
tandem perueni, per maris inclem tam
non semel periclitatus. Nostra enim nauis
in medium demersa Adriatici maris si-
num, quum essemus numero penè sexcen-
ti, nocte tota natando prorepsumus. Tan-
dem sub diluculum per Dei prouidentiā,
conspecto è Cyrene nauigio, pre alijs fe-
stinè

finē ad nauigantes ego & nonnulli ad o-
 etogenarium numerum vniuersi, in nau-
 gium admissi sumus. Ita demum seruatus
 in Dicearchiam usque (quam Puteolos Strabo
 Itali vocant) in amicitiam incidi Ality- lib. I.
 ri. Erat autem is histrionicæ artis profes-
 sor, & hoc nomine quam maximè gratio-
 sus Neroni: Iudæus verò erat genere. Hoc
 veluti paratio, in familiare colloquium ve-
 ni Pompeiæ Cæsar is vxori. Omnia pri-
 mūm prospicio, vt is quam oxyssimè apud
 eam patronus existeret pro soluendis sa-
 cerdotibus. Non hoc modo beneficium sum
 consecutus à Pompeiia, sed & amplis mu-
 neribus cohonestatus, reuertebar domum:
 & ecce comperio aliquantò priùs quorū-
 dam studia eò contendisse, vt Reipublicæ Iudeorū
 statū nouarent: nec paucos deprehēdi, qui defectio
 plus aequo sapientes, suaderent à Roma- sub Felic-
 no imperio defectionem. Conatus igitur
 meus omnis in hoc fuit, seditiosos in officio
 vt continerem: vt que resipiscerent suade- ce.
 a uij bam,

bam, posito ob oculos discrimine, aduersum quos essent bella obituri, nimirum aduersus Romanos, quibus non militaris rei solum peritia inferiores, sed et rerum omnium dextima sorte longissime essent dispares. Admonebam, ne temere, neu sua ipsorum desipientia vniuersae patriæ, generi suo, immo sibi ipsis extremum malorum accerserent discrimen. Haec sane in medium depromebam, instabamque effictim et supplex, illos ut auocarem à temere cœptis, quippe qui exitum istius belli prænossem nobis fore multò infælicissimum. At ne sic quidem persuasi, eò enim usque desipientium furor peruaferat. Veritus porrò ne identidem haec inculcans, in susceptionem et odium deuenirem, quasi qui eadem sentirem cum hostibus, atque ita demum ab iis comprehensus periclitarer de vita, occupata prius Antonia (qua arx erat siue propugnaculum) subduxí illic me in adyta templi. A cœde autem

Manda-

Manaëmi ac principum eius turmæ quæ
 larrocinia impunè exercuerat, è templi a-
 dytis clàm erépens, vñà sum familiariter
 congressus, ac vixi in cætu pontificum ac
 primorū Pharisæicæ sectæ. Nec iam me-
 diocris nos occuparat timor, vt qui popu-
 lum quidem videremus iam armis accin-
 etum, ipsi contrà quid agendum nobis fo-
 ret, prorsum ambigeremus, vt qui impa-
 res essemus reuocandis ad officium sedi-
 tiosis. Nobis enim proposito vitæ periculo,
 verbis quidem ténus illorum sententijs an-
 nuebamus, consilium alioqui consereba-
 mus, cum ijsdem vt maneremus, hostes ve-
 rò sineremus quolibet illinc abire, s̄pē ad-
 ducti, Gessium non multis pōst diebus gra-
 ui cum militum robore ascensurū ad nos,
 finemq; impositurum isti motoriae seditio-
 ni. Is quum aduenisset, conserta cum no-
 fris manu, ex illius exercitu cadentibus
 plurimis, victus abscessit. Et hæc vnius
 Gessij ruina cladem extremam e' cala-
 mita-

Iudeg in-
 uecta cla-
 des ex v.
 ni' Gessij
 ruina.

mitatem inuexit in vniuersam gentem nostram. Qui enim erant iusto appetentiores belli, hac vna victoria plus nimio insolescabant: eoq; Romanis semel victis, accedente vna aliqua simili occasione, sperabamus perpetuò nos victores fore. Qui verò ciuitates incolebāt Syriae finitimas, eos qui apud se degerent, Iudeos cum uxori- bus ac liberis comprehensos, ad internecionem ceciderunt, quum ne vnam quidem causam mortis prætexere possent. Neque enim quidquam animo eatenus conceperant, quod confine eſſet conciendæ aduersus Romanos defectioni, neu aduersum Syros illos quidlibet hostile præcogitarāt, aut insidiosum. Secundūm hæc, Scythopolitæ ab omni pietate maxime abhorrentes, aduersum Iudeos se gesserunt præter legum omnium æquitatem. Iudei enim cedentes hostium iræ, ad Iudeos qui Scythopolis degebant, quum peruenissent: Scytopolitæ Iudeos vrbis inquilinos adigebant, vi

Lib. 2. de
captiuit.
cap. 19.

arma

arma ut sumerent aduersum aduenas cōtribudes, quod nobis planè nefarium est. Cumque illi manus conseruissent, aduersus aduenas obtinuerūt: quibus victis, Scythopolitæ oblii siuæ fidei, eī aduersus inquilinos atque auxiliares Iudeos conuerſi, eos ad vnum inclementer peremerunt, quorum alioqui multæ erant hominū myriades. Nec dissimilia perpeſsi sunt, qui Damascum inhabitabant, Iudei. Cæterū bac de re accuratiū ac luculentius nobis dictum est in libris de bello Iudaico. Nūc autem velut ex diuerticulo eorum commemini, hoc animo, vt intelligat. Lector Iudeos illos nullum aduersus Romanos molitos esse bellum, sed necessitate potius eò vocati sunt. Geſſio itaque deuicto (ceu nobis dictum iam est) Hierosolymitarum proceres contemplati ſicarios ſeditiosis permiftos uſos eſſe armis lætiore ſuccēſſu, veriti insuper iudem, ne nullis armo- rum ſubſidijs fulci, ſub hostilem deuolute- rentur

Cap. 25. 1.
2. Captiu.

rentur, manum, id quod poste à cōrigit. au-
dientes prætere à Galilæam nondum om-
nem cessisse Romanorum armis, quando
bona eius pars eatenus feriaretur, et à
belli tumultu interquiesceret: me eò desti-
nant, duosque alios, et eosdem sacerdo-
tes, honestate iuxta ac probitate apprimè
spectabiles Joazarum et Iudam, nostra
ut persuasione qui'que facinorosissimi ar-
ma ponerent: doceremus insuper, quanto
foret melius arma iis asseruari, qui ea in
gente haberentur ad nauandam suam o-
peram maximè strenui. Decretum siqui-
dem erat, ut hi quidem nullo non tempo-
re arma haberent velut ad manum para-
ta aduersus euentum omnem fortuitum,
ut'que ad extremum persisterent in loco
qui'que suo, exploraturi quid operis Ro-
mani molirentur. Acceptis igitur hisce
mandatis, perueni ego in Galilæam. Et
quidem Semphoritas comperi pro tuenda
patria magno in agone constitutos, quod
eam

eam Galilæi addixissent publicæ rapinæ
 ob contractam cum Romanis amicitiam,
 quodque dextras porrexissent sequestri fi-
 de Senio Gallo Syriae præsidi. Et quidem
 in horum gratiam persuasa Galilæorum
 multitudine, metum omnem discussi, con-
 cesso illis mittendi commeatu quoties lubé-
 ret transmittere quiduis ad suos qui in ci-
 uitate Doris erat Gessio dati obsides. Do
 ra enim, ciuitas Phœnices est. Tiberienses
 proinde compéri prius aliquantò ad ar-
 ma prouolasse huiusmodi causa excitos.
 Ea in ciuitate tres erant motoriae factio-
 nes. Una quidem viris constabat graui-
 bus et honestis, quorum princeps Iulius
 Capellus. Hic sanè et qui secundū hunc
 omnes Herodes Miari, Herodes itē Ga-
 mali, et Compsus Compsi filius. Crispus
 enim eius frater, administrata prius regis
 magni prouincia, tum trās Jordane in suo
 morabatur peculio. Illo igitur tēpore hi oēs
 prædicti, coacto ad vnum concilio decer-
 nebant

nebant immanendum esse fidei cum rege
ac Romanis initæ. Atqui Pistus quum à
filio suo Iusto aduenisset, dogmati huic neu
tiquam assensus est. Erat is genere qua
dantenus illustris et conspicuus. Ceterū,
altera factio ex ignobilibus maximè vi
ris conflata, statuebat rem oportere decer
ni bello. Iustus porrò Pisti fili⁹, qui et ter
tiæ sectæ princeps, quod ad bellum attine
ret, simulabat se in tranquillo vitæ statu
velle conquiescere: immoda alioqui cupi
ditate flagrabat nouandæ Republicæ, per
huiusmodi vicariam rerum nouationem
ratus indepturum esse se principatum. Is
igitur quum intermedius profluisse, pro
virili admitebatur instruere plebem, quo
niam Tiberias perpetuò ad Galilæe per
tinuisse ditionem, primatum verò acce
pisset regnante Tetrarcha Herode eius
cōditore, quum is decreto sanxisset, ut sub
Tiberiensium ditionē veniret ciuitas Sep
phoritarum, excusso à se primatu Gali
læa.

læ. At ne regnante quidem Rege Agrippa Iunioris patre præsedisse Sepphoritas prædicabat, perseuerasse autem ad usque aduentum Felicis Iudææ præsidis. Nunc tandem adstruebant se priorem sequutos esse primatum, quippe qui gratuitio Neronis dono addicti essent Iuniori Agrippæ. Iam tum Sepphoritarum ciuitatem sumpsisse principatū Galilææ, quo tempore subiecit se Romanis. Argumento esse, quod apud eos essent ædes diuersoriæ mensæ regalis, simul & annui frugū prouent⁹. Hæc insuper & alia pleraque quum adiecisset aduersus Agrippam regem, hisque verbis ad defectionem exciuisset populum, addebat tempestiuū iam esse & opportunum, arma ut sumerent, Galilæos certò habituri sibi auxiliares. Ad hoc, nihil inuitis sed spontaneis esse imperaturos ob odium aduersus Sepphoritas cōceptum, quod hi in fide semel data Romanis perpetim durarent, eoque ad experendam

dam de ipsis vltionem ingenti cum exercitu debere eos conuerti ad arma. His ille exhortationibus pellexit populum. Erat enim plebi sermonis lenocinio demulcendæ apprime idoneus, eosque qui ex aduerso meliora inferrent, quibusdam veluti præstigijs ac veteratoria impostura verborum.

**Iustus hi
storiæ scri-
psit Gre-
cc.**

Iustus nō iustus.

eludebat facile eī euincebat. Etenim neuitiquam rudis erat eruditionis græcanicæ, qua vna nitens, aggressus est hisce de rebus perscribere historiam, sic tamen ut illo suo opere veritatē sit prætergressus rerū gestarum. Atqui de eiusmodi quidem viro, quam improbandæ fuerit ac flagitosæ vitæ, vt que cum iuniore fratre author fuit euertendæ Republicæ, in istius opusculi progressu liquido explicabimus. Iustus igitur ciuibus tum persuasis, arma vt sumerent, (quum interim non paucos ab armis resilientes eò adegisset vi,) hisce stipatus ac profectus, Gadarenorum eī Hippenorum vicos incendio tradidit, qui vtrique

que collimitanei erant et confines Tiberiadi, terraeque Scythopolitanarum adiacebant. Tiberias enim horum intermedia erat. Quae vero Gischalorum ciuitatem occupabant incommoda, talis modi erant: Ioannes Leui filius, nescio quos ciuium conspicat eò insolescere quod à Romanis descivissent, operam nauauit strenuam, illos insuscepta semel fide aduersus Romanos ut persisterent: eamque ut perpetuo tuerentur, orabat. Veruntamen non obtinuit, etiamsi id ab eis precupide contendisset. Quae enim circum regionem gentes hababant, nimirum Gadareni, Gabaraganai et Tyrii frequenti coæto exercitu, et in Gischala urbem facta impressione, toto robore occupant ciuitatem, eaque incensa, et ad extremam cladem suffossa ac solo adæquata, domum se receperunt. Ioannes porrò hac vna re maximopere exasperatus, stipatores suos ad vnum armis communit. Is quum nationes iam mihi di-

Et as collatis signis collisisset, & Gischala
 urbem exædificasset priore multò præstan-
 tiorem, ad extremum mænibus tanto red-
 didit munitiorem. Gamala item propu-
 gnaculum fixius adhærescebat fidei pro-
 missæ Romanis, hanc ob causam: Philippus
 Ioacimi filius, prouinciae autē Agrippæ re-
 gis præfectus, quum ex regia quæ Hiero-
 solymis erat expugnata & coæquata so-
 lo, præter omnium opinione seruatus præ-
 cipiti fuga suæ saluti cōsuluisse, in alterū
 est relapsus vita discrimen, adeò ut Ma-
 naem iussu & eius sicariorum tantum
 non peremptus sit. Id ne fieret, intercesser-
47unt quidam Philippo Babyloniū conge-
 neres, qui & Hierosolymis facinus eius-
 modi ne sicariū admitterent, vetuerāt. Phi-
 lippus itaque apud hos dies quatuor quin-
 permanisset, quinto die apposititia coma-
 vsus ne internosci posset, fuga sibi quesi-
 uit salutem. Quumque ad vnum aliquod
 πιειτη κόμη
 peruenisset oppidorum suæ procuratione
 permis-

permisorum secus fines propugnaculi Gamalæ, mittit ad quosdam quos promouerat, ad se ut venirent. Proinde Philippū talia reputantem secum quominus pro eius vnu caderent prosperè omnia, remorabatur numen. Neque enim factò hoc, interquieuisset prorsus, sibive à flagitijs tempe rasset. Febri inopina correptus, epistolas scribit reddendas quidem Agrippæ libe-
ris ac Berenicæ, dat autem vnicuiuslibet orum preferendas ad Varum. Erat
vero hic Varus tum temporis regni totius moderator, quippe q[uod] regis liberos instituivit.
et. Reguli enim ad usq[ue] Berytū puerant Geſſio occurſuri honoris caſa. Varus igitur acceptis à Philippo literis, audiensq[ue]
subtractum vitæ discrimini, ac seruatu, iniquo id tulit animo, rat⁹ deinceps videri
ſe incommodeum, nec iam ſcire vtilem re-
gibus, si adueniſſet Philippus. Deducto i-
gitur in medianam turbam epistolārum ge-
rulo, obiectoque crimine falso, dixit menti-
b[us] ij ri eum:

* tiri eum*: quandoquidem renuntiatum es-
set Philippum Hierosolymis interceptum
morte cum Iudeis pugnantem aduersus
Romanos. Liberto non redēunte, Philipp
causæ nescius, alterum cum epistolis amā-
dat, renuntiaturum quid priori nūtio ob-
tigisset cunctanti, nec maturanti redditū.
Varus quoque hunc calumniatus quum
aduenisset, sustulit. Etenim fauore Syro-
rum Cæsariæ habitantium subnixus, af-
firmabatur elatiore esse animo, & in sole
scere. Dicebant quippe à Romanis quidē
occidi debere Agrippam ob Iudæorū pec-
cata, Varum autem sumere debere in Iu-
dæos Agrippæ principatum, ut qui è re-
gum stemmate prodijsser. Varus enim ci-
tra controuersiam, à genere regum descen-
derat, nepos quum esset Soëmi, eius qui cir-
ca Libanum Terrarchiam obtinuerat.
Hanc igitur ob causam supercilioso fastu
turgescens Varus, epistolas quidem clam
penes se retinebat, modis omnibus adnités.

ne rex

ne rex in earum lectionem incideret: eoque
exit⁹ viarū omnes obseruabat, vt ne quis
pérfuga regi renūtiaret, quæ essent facta.
Sanè e⁹ hic obsequi cupiens pleniū Sy-
ris illis Cæsariæ inquilih⁹, permultos Iu-
dæorum multabat morte. Consilium pro-
inde iniuit cum Thraconitis, qui Bata-
næam incolebant, vt resumptis armis ino-
pina impressione adoriretur Babylonios
5.5 Iudæos Ecbatanis commorantes, Hanc
enim appellationem retinent. Accitis igi-
tur ad se Iudæis duodecim, qui omniū pro-
batissimi habebantur Cæsariæ commoran-
tium, imperauit: vt quum pertigissent Ec-
batana, suis contribulibus illius oppidi in-
colis dicerent: Quia Varus audiuit qui-
dem vos nescio quid moliri seditionis ad-
uersus regem, ne sic tamen fidem commo-
dauit isti delationi, misit alioqui nos, vobis
vt persuadeamus ponere arma. Hoc enim
ipsum futurum esse insigne argumentum,
instaratione Varum noluisse fidem ha-
b iij bere

bere his qui vos detulerant. Iubebat præterea, ut è suo cætu viros primi nominis mitterent numero septuaginta, qui de intentato sibi crimine responderent, seq; expurgarent. Hi igitur duodecim, quum ad suos peruenissent contribules qui habitabant Ecbatanis, eosque deprehendissent, ne vllam quidem animo concepisse eiusmo di falso impactam conſpirationem, persuaserunt denique ut mitterent septuaginta. Hos proinde illi à ſe amandarunt, mali nullius ſufpicaces, cuiusmodi iſtis erat euē turum. Septuaginta porrò cū legatis duodecim descendantibus Cæſariam ecce illis obuius ut perrexit Varus regio ſtipat⁹ co mitatu: iniecta in eos manu cum legatis et illos internecione perdidit, tumque moliebatur eī adornabat profectionem aduerſum eos qui Ecbatanis erant, Iudeos. Vn⁹ autem aliquis è septuaginta subtractus neci comitum, ut ad eos peruenit, renuntiavit, quo in periculo verſarentur. Illi
mox

mox armis arreptis cum uxoribus vna ac liberis in Gamala, munitum ac tutelare præsidium, secesserunt, vicis per hæc reliætis, in quibus alioqui possiderent luculentam ac præfertilem bonorum copiam, pecorum insuper innumeram multitudinem.

Hæc Philippus simul atq; audiuit, in Gamala quoque præsidium venit. Is primum ut aduenit, voce exerta multitudo conueniarum Iudeorum inclamabant obsecrantes, principatū vt arriperet, & conserebat pugnam aduersus Varum, Syrosque Cæsariæ incolas. Horum enim relatu accepérat Philippus regem in fata concessissimè : is verò expromptos eorum & alacres impetus ad defectionem, reprimebat, memoriā illis refricans erga eos regiæ munificentiæ ac beneficiorum, parre altera ob oculos illis ponens quanta esset Romani vis imperij. nihil insuper reportaturos astruebat, quod sibi esset usui futurum aut conducibile, arrepto aduersus hos bello.

b iij Deni-

Denique persuasit. Rex porrò quum au-
 disset Varum stata die quotquot essent Iu-
 dæorum myriades in Cæsaria cum uxo-
 ribus ac liberis addixisse neci, accersitum
 ad se Ecum monodium misit, Varo ut da-
 mōdior. retur successor, quemadmodum alio loco
 indicauimus. Philippus autem Gamala
 præsidium regionemque finitimam, in fide
 ut erga Romanos perseveraret, retinebat.
 Ego proinde simulac pertigi Galilæam, et
 hæc condidici eorum relatu qui renuntia-
 rant, decreui hisce de rebus scribere Sena-
 tui Hierosolymitano, rogaturus quid me
 iuberent facere. Adhortati autem sunt
 me, fixius ut hærerem in officio, omnemq;
 opperirer euentum, collegas autem, si quidē
 voluissent, retinerem, qui mecum exactius
 prouidentiam obirent administrandæ Ga-
 llææ: collegæ verò mei quum se vidissent
 opibus suffarcinatos è prouentu decima-
 rum, quas, ut sacerdotes, sibi debitas acci-
 piebant, diem condixerunt quo se in pro-
 priam

priam vterque terram reciperet. Ego autē
vtrunque adhortatus nequò illinc facesse
rent, tantiſper dum Reipublicæ negotia
tranquilla in statione collocassemus, eſt
pristinæ tranquillitati restituſſemus, mo-
rem gesserunt. Illis igitur persuasis, à ciui-
tate Sepphoritarum cum iſpis ſum profe-
ctus in oppidum quoddam nomine Beth-
maus, ſtadijs quatuor diſparatum à Tibe-
riade. Iſdem illinc amandatis ad Senatū
Tiberiensium ac primates populi, eos ad
me vt venirent, inuitabam. Quumq; ad-
ueniffent cum Iusto, dicebam decreto Rei-
publicæ Hierofolymitanæ ad eos missum
eſſe me cum collegis, legatione vt fungerer,
vt'que persuaderem à fundamentis demo-
liri oportere domum quam Herodes Te-
trarcha exædificarat, quòd multiformes
haberet animalium figuræ, cuiusmodi fa-
cere præscripto legum nostrarum interdi-
cimur. Obſecrabam, id vt sinerent nos q̄
citissimè exequi. Capellæ eſt procerum ci-
uitatis

Denique persuasit. Rex porrò quum audisset Varum statu die quotquot essent Iudeorum myriades in Cæsaria cum uxoribus ac liberis addixisse neci, accersitum ad se Ecum monodium misit, Varo ut datur successor, quemadmodum alio loco indicauimus. Philippus autem Gamala præsidium regionemque finitimam, in fide ut erga Romanos perseueraret, retinebat. Ego proinde simulac pertigi Galilæam, et haec condidici eorum relatu qui renuntiabant, decreui hisce de rebus scribere Senati Hierosolymitanus, rogatus quid me iuberent facere. Adhortati autem sunt me, fixius ut habererem in officio, omnemq; opperirer euentum, collegas autem, si quidem voluissent, retinerem, qui mecum exactius prouidentiam obirent administrandæ Galilææ: collegæ verò mei quum se vidissent opibus suffarcinatos è prouentu decimorum, quas, ut sacerdotes, sibi debitas accipiebant, diem condixerunt quo se in propria

priam vterque terram reciperet. Ego autem
vrrunque adhortatus nequò illinc facesse
rent, tantisper dum Republicæ negotia
tranquilla in statione collocassimus, et
pristinæ tranquillitati restituissimus, mo-
rem gesserunt. Illis igitur persuasis, à ciui-
tate Sepphoritarum cum ipsis sum profe-
ctus in oppidum quoddam nomine Beth-
maus, stadijs quatuor disparatum à Tibe-
riade. Isdem illinc amandatis ad Senatū
Tiberiensium ac primates populi, eos ad
me vt venirent, inuitabam. Quumq; ad-
uenissent cum Iusto, dicebam decreto Rei-
publicæ Hierosolymitanæ ad eos missum
esse me cum collegis, legatione vt fungerer,
vtque persuaderem à fundamentis demo-
liri oportere domum quam Herodes Te-
trarcha exædificarat, quod multiformes
haberet animalium figuræ, cuiusmodi fa-
cere præscripto legum nostrarum interdi-
cimur. Obscrabam, id vt sinerent nos q;
citissimè exequi. Capellæ et procerum ci-
uitatis

uitatis comites, & si aliquādiū reclama-
rent neūiquā id concedentes, nostra ta-
men persuasione adacti, in nostrā tamē
venēre sententiam. Iesu dein Aphiæ fili⁹
quem diximus principem fuisse illius se-
ditionis promotæ à nautis & id genus vi-
ris deploratis, assumptis quibusdam Ga-
lilæis, aulā in primis illā regalē incendio
tradidit, ratus ea incensa, se thesauro opū
illic congestarum locupletatum iri, q̄ spe-
ctasset quædam laquearia regiæ domus
fusilis auri conuestita bracteolis. Et quidē
præter nostrā sententiam, non pauca di-
riuerant Herodianæ regiæ incendiarij.
Nos enim habito cum Capello ac proce-
ribus Tiberiensū colloquio familiari, ex
oppido Bethmaënsium secessimus in supe-
riorem Galileam. Iesu autem illius conse-
catores occidione peremerunt quotquot
ex Gentilibus incolebant regiam, qui que
ante eum conflictum, hostile in se odiū ex-
ercuerant. His ego auditis, haud medio-
criter

criter exacerbarus animo sum. Quumq;
Tiberiada descendissem, sedulò caui ne-
quid deperiret regiæ supellec̄tilis, aut eorū
quæcunque exposita essent diripientiū ma-
nibus. In his porrò erant candelabra Co-
rinthiaco ære cōfecta, mēs & insuper his ex-
cipiēdis adornatæ q regi essent amicitia cō-
iunctissimi, sed & argenti nondum confe-
cti pondus haud exiguum. Quæcunq; tan-
dem accipiebant, regi vt afferuarētur, sen-
tentiam tuli. Accersitis igitur ad me decē
Tiberiensis conciliij proceribus vñā cū Ca-
pello Antrylli filio, vasa ipsa tradidi custo-
dienda, nec ulli alijs præterquam mihi red-
denda. Illinc in vestigio vñā cum collegis
me recepi in Gischala ad Ioannem, cupiēs
nosse quid agitaret animo. Ex eo cum ho-
mīne congressu, mox agnoui virum nouan-
dæ Reipublicæ iusto esse appetentiorem, et
ad arripiendum populi principatum am-
bitiosius aspirātem. Magnopere enim obse-
crabat sibi p me vt liceret exportare quic-
quid

quid commeatus frumentarij esset in oppidis superioris Galilææ conditum sepositum ve Cæsar is nomine. Se enim hæc insumere velle prædicabat in patriæ instaurationē pariter eī sarta recta murorum. Intellecta huius molitione, quidve facturum se destinasset, ego planè præsentiens, haud quaquam sum astipularus isti veteratoriæ postulationi. Decernebam enim eam frumentationem aut Romanis afferuari debe re, aut certè mihi ipsi, quippe cui eiusmodi rerum quæ illic comperirentur, authoritas esset concredita, decreto Reipublicæ Hierosolymitanæ. His igitur à me neutiquam impetratis, alia secū inita ratione, ad collegas vertitur. Illi proinde ut erant futuro rum euentuum maximè improuidi, ita eī ad quiduis vndeliber corradendū propensissimi. Eos largitione pecuniarum corrupros sic inescavit, ut illorū calculis sibi frumentum omne addiceretur, quod in prouincia ipsius esset reconditum. Ego qui solum

me

me vinci viderem à duob^o, malui rem præ
terire silentio. Nec hac contentus Ioannes
improba vafricie, nisi e^t alteram inuehe-
ret æquè improbandam. Assuerabat e-
74 nim Iudeos Cæsariæ Philippi incolas, præ
cepto V ari subseruientis regi, regiamque
potestatem administrantis conclusos ad se
per internuntium misisse obsecrantes, quo-
niamquidem nulla illis suppeteret facul-
tas olei defecati, quo uti possent: ipse sua v-
nius prouidentia suppeditaret puri olei co-
piam, ne per necessitatem gentili oleo vñi, le-
gitimos patriæ ritus præuaricari cogerent-
tur. Hæc proinde Ioānes dicebat haud ob-
scure œstro stimulatus sordidi ac turpis lu-
cri, non item zelo accensus exercenda in
suos pietatis. Qui enim? quum is nosset a-
pud illos quidem Cæsarienses sextarios
duos distrahi drachma vna: in vrbe autē
Gischalis octoginta sextarios drachmis
quatuor diuendi? Omne igitur oleum (quā
tacunque illic esset olei copia) ius^sit efferrī,
accepta

accepta quidem potestate, at præter meā
vnus voluntatem. Neque enim id fieri si-
nebam ultroneus, sed reueritus multitudi-
nem, ne ab istis obruerer lapidibus, nō pro-
hibebam. Hoc igitur quum veluti conni-
uens concessissim, Ioannes per istiusmodi
improbandum facinus immensam pecu-
nia vim corrasit. E Gisckalis vero quum 77
collegas in Hierosolyma dimisissim, sedu-
lā prouidi armorum apparatusque bellici
copiam, ac munitionem vrbium. Atqui ac-
cessit ad me fortissimis quibusque sicario-
rum, quum perspicerem nullocunque pacto
arma ab eis auferri posse persuasi, ut illis
populus erogaret stipem meritoriam, dicēs
videri mibi conducibilis fore, ut non nihil
stipendij vice illis ultronei tribuerent, quā
ut vel se in ipsis circumspicerent suas diri-
pi possessiones. Acceptoque ab eis iureiu-
rando ut ne imposterum ingrederentur re-
gionem, nisi accessiti, aut quum nullam ac-
ciperent conditam stipem, sui abire, ed-
icto

Eto in primis cauens, ne cum Romanis bellum capesserent, neu cum finitimiſ. Evidē vel in primis ſedulō cōtendebam, vt Galilæa omnis tranquilla in pace federet, eos verò qui Galilæis eſſent præfecti, circiter ⁷⁰ Septuaginta omnes, cupientior tuendæ in uicem amicitia, velut pignora quædam erga me fidei quò retinerem, & amicos redidi, et mei itineris constitui comites. Quin & ſi causas aliquot accepissem meo decernendas iudicio ex illorum suffragijs ferbam ſententiam, in hoc adnitens, nequa incontinenti audiitate illeſtus, à tenore iuſti iudicij deflechterem: imò pronuntiatur ſtudebam purus vt viuerem ac liber quæſtus omnis ſordidi. Et hæc ipſe quidem agebam vixdum trigennis, qua quidem ætate vt quis ſibi temperet ab omni prorsus exlege & obſcæna venere, difficile admodum fit, vt idem fugiat omnem inuidiæ calumniam, idque præſertim quum agerem pro potestate nec mediocri, ſic cōtinens pudoris vixi,

vixi, ut nulla vñquam per me mulier ulli
probro aut infamiae patuerit. Quæ rursus
offerebantur dono omnia, quasi nullius rei
indigus contempsi. At ne decimas quidem
ab afferentibus recipiebam, quæ alioqui
debebatur mihi ut sacerdoti. Deuictis ve-
rò Syris qui ciuitates incolebant collimita-
neas Galilææ, portionem quidem accipie-
bam manubiarum, quas nihil diffiteor mi-
fisse me congeneribus & cognatis. Et qui-
dem Sepphoritas bis quum toto robore ver-
tissim in fugam, Tiberienses autem qua-
ter, semel verò Gadarenes, Ioannem insie-
per, qui me non semel ex insidijs appetie-
rat, tantum est, captiuum sub manum mi-
si meam. at ne de eo aut ullis prædictarum
gentium expetiui ultionem, ceu indicabit
libelli progressus. Vel hac gratia puto Deū
(non enim eum vñquam latuere, qui in o-
peribus suis decorum honestatemq; conser-
uant) puto, inquam, eripuisse me ex illorū
manibus, ac tueri voluisse, & è periculis
subdu-

Attende
mansue-
tudinem
Josephi.

subduxisse, in quæ postea non semel sum
deuolutus, & quæ dein commemoraturus
sum. Tanta proinde erat populi Galilæo-
rum erga me benevolentia ac fides, ut quū
captæ sunt eorum ciuitates, ac fundit⁹ ex-
cisæ, vxores autem cum liberis in manci-
pia diuenditæ, non sic suas ipsorum calamiti-
tates ingemiscabant, quemadmodum meā
vnius curabant salutem. Hæc Ioannes vt
vidit, inuidit. Scribit pperea is ad me ob-
secrās, vt quū descēdisset Tiberiadē, sinerē
eum vt i calidis aquis quæ illic sunt, curan-
do corpori opportunis. Ego proinde nihil il-
lum admissurum flagitij suspicatus, quomi-
nus iret eo, adeò non prohibui, vt etiam no-
minatim his quibus ipse concrediderā ad-
ministrationem Tiberiadis scripserim, ho-
spitium vt apparent excipiendo Ioanni
simul & ijs qui ipsum illò usquè comitarē
tur, abundè suppeditantes ac prolixè via-
ticum omnegenus. Diuersabar autem illò
cum tempore in Galilææ oppido cui nomē est

Cana Ioannes verò ut attigit primum Ti
 beriensum ciuitatem, suasit hominibus il-
 lis ut à fidè, qua mihi propensiùs cohære-
 bant, desciscentes, in suas transirent par-
 tes, sibiq; adiungerentur. Plerique ei⁹ ad-
 hortationem nihil inuiti suscepérunt, iij ni-
 mirum, qui essent nouanda Reipublicæ ap-
 petentiores, & ingenio in omnem euentū
 versatili ac motorio, quive excitandis sedi-
 tionibus nati prægestirent, omnium maxi-
 mè Iustus, eiusque pater Pistus eò animū
 impulerant, vt mora defectione, Ioanni se
 addicerent, id quod præuertens, prohibui-
 ne contingeret. *A Sila enim quē ego præ-*
feceram in Tiberiensis exercitus ducem,
sicut prædixi, eiusmodi aduersum me emu-
lorum coitio significata est per nuntium.
Hic renuntiato Tiberiensum decreto hor-
tabatur, festinus ad se ut prouolare. Illò
enim cunctantiū si accederem, ciuitatem
Tiberiensum indicabat sub aliorum pote-
statem esse transituram. Lectis igitur lite-
ris,

ris, assumptoq; ipso Sila cū ducētis viris tota nocte faciebam iter, præmisso nūtio, qui meum aduentum his significaret qui erant Tiberiade. Sub diluculum appropriare me ciuitati, frequens populi multitudo honori-ficè me exceptura obuiam venit, in quibus & Ioannes. Et hic quidem vultu prorsus turbulenter auerso complexus me est, & salutauit. Timore enim correptus, ne de vita periclitaretur ob indicatam mihi aduenienti suam aduersum me molitionem, festino gradu illinc se recepit domū. Ego autem stadio uno factus propior, dimissis etiā ijs qui tuendo corpori meo præerant præter unum, cūque hoc decem retinens armatos milites, sublimis insuper eminens è vallo quopiam præcelso tentabam concionem habere apud eam Tiberiensium multitudinem, adhortabarque eos ne sic leui ex causa desciscerent à præstita mihi fide. Eiusmodi enim Reipublicæ nouationem dicebā haud dubiè allaturam eis condemnationē

ac viruperium. Addebam et post hæc eos
pœnas luituros, quod in suspicionem ven-
turi essent his qui in ipsis essent obituri ma-
nus prefecturæ, quasi nulla ab ipsis sperari
possit erga illum aut illū seruanda fides.

Hæc fane vixdum pronuntiaram, & ec-
ce quendam domesticorum exaudiui voce
exerta adhortantem me, ut præceps desili-
tem è vallo. Tum enim intempestiuum fue-
rat commemorare Tiberiensum erga me
benevolentiam, sed de propria salute cogi-
tandum, quo ve pacto effugere possem ini-
micos. Misera tenim Ioannes quotquot sti-
patorū fidissimos militū delegisset è mille,
missisq; iussit, me ut neci contraderet, quip-
pe qui intellexisset me cū domesticis solita-
riè agentem. Venerunt autem missi mili-
tes præceptum facinus utique executu-
ri, ni ego maturius è sublimi vallo desiliēs
vna cum Iacobo corporis mei custode, &
ab Herode quodam Tiberensi aliquanta
prius morula eleuatus, & eodem præ-
eunte,

cunte, viam adusque stagnum deductus,
nactusque nauigium essem, quo consenso,
ac per id, præter omnium opinionem, vita-
ro quod ab inimicis impendebat, mortis pe-
riculo, perueni Taricheas. Eius porro ciui-
tatis incolæ audita Tiberiensium perfidia,
vehementi ira exasperati sunt. Hi igitur
correptis armis obsecrabant, ipsos ut edu-
cerem aduersum Tiberienses. Se enim pro
suo duce dicebant sumere velle pœnas à p-
fidis. Eorum enim quæ aduersum me perpe-
trata fuerant, nuntius per vniuersam se-
sparserat Galilæam, tam studio fuit Ta-
richeneisibus Galilæos irritare aduersum
Tiberienses: plurimosque adhortabantur,
ut adunati ad se accederent, & quicquid
optimum factu videretur cum consilio sui
ducis, ipsi expleret. Venerunt itaque per-
multi ex omni vndique Galilæa accincti
armis. Hi omnes me obsecrabant enixiūs,
ut sinerem oppugnari Tiberiadē, ipsamq;
paterer prorsus dirui, & ea solo vndiqua
c iij que

que adaequata, suberem incolas in mancipia diuendi cum uxoribus ac liberis. Taliā quidem in communē consultabant etiā hi amicorum qui seruati erant ē Tiberiadē incolunes. Ego autem huic consultatio- ni minime assentiebar, mecum rectā reputans quanti esset periculi aggredi bellum incestinū. Censēbā enim perniciacē hāc con- iunctionē verbōtē oportere dirimi. His ad- de, quid dicebas, id si admitterent, nihil eis profuturum, Romanis præsertim lētissimā exspectantibus tantisper dum ipsi cooris inter nos mucius factionibus deperirent. His fane dictis, illam alioqui per acre Gātiliorum iram demulxi ac seduci. Ioannes proinde ubi infidias quas in me adorna- rat, intellexit irritas esse & inefficaces, fibrispi timuit, & collectis circum se mitti- bus ex Tiberiadē se recepit in Gischala, scribitque de his que acta essent, se apud me expurgans, quia non sūta unius voluntatis edentata fuissent. Orabat insuper nullam

nullam demitterem in animum aduersum
se suspicionem, adhibito iureurando &
quibusdam diris imprecationibus: quarum
prætextu arbitrabatur se apud me fidem
impertraturum de his quæ per epistolam
scripserat. Galilæi autem (nam alij plerique
ex omni regione eò ascenderat haud
quaquam inermes) quod perspicue nosset
hominem maligno esse ingenio, periurum
quoque, supplices precabantur dux eis ut
esse aduersus facinorosum, polliciti se vna
cum illo pestilenti demolituros à fundamē
tis Gischala. Gratiam quidem habere il
lorum erga me propensiissimæ voluntati nō
diffitebar, sed & eorum sic gratam &
alacrem benevolentiam policebar me esse
victurum. Veruntamen orabam sibi ut
temperarent ab eiusmodi conatu: rogabā
insuper, finerent me pro animi mei institu
to talesunque turbas sedare citra ullius
omnino cædem. Persuasa multitudine Ga
lilæorum, illinc cōcitus concessi in Seppho
rin.

rin. Viri proinde hui^o ciuitatis incolæ, quū statuissent in fide erga Romanos persistere, præsentiam meam veriti, altera operis conficiundi via tentarunt amoliri me ac diuellere à se, vt qui cogitarent nos in eorū fide acquiescere securos omnium, in vestigio missis ad Iesum sicariorum principem nuntijs in Ptolemaidis confinium pollicebantur daturos se esse vim ingentem pecuniarum, si quidem adueniens suo cum potentatu aduersum nos bellum redaccenderet. Erant autem numero octingenti. Ille porro pollicitationibus nūtiorum inescat^o, obsequeturus eorum votis, molitus est inopina impressione nos adoriri imparatos prorsus, nec eiusmodi insidiarum præscios. Missis igitur ad me nuntijs, obsecrabat sibi licere accedere, meque salute prævia cōplecti. Id simularque indulgenter concessi, (neque enim insidias præsenserā, quas aduersum me concinnarat) cum collectitio sicariorum ordine festin^o aduersum me venit,

nit. At ne sic finem potuit consequi optatum sui facinoris. Eo enim proprius accedete, vnum quis qui cum eo veniebant, dialis transfugio venit ad me edisseres, quid ille moliretur. His ego auditis, antevertens illius aduentum in forum prodij, de insidijs tamen simulaturus nihil me resciuisse. Ex Galilæis autem multos conciliabam mihi armis accinctos, aliquot item Tiberiensium. Dein quum pro potestate aditus in urbem omneis summa obseruari cautione iussisse: edicto rursus portarum præfectis proposito caui, ut adueniente Iesu, alium neminem præter ipsum solum cum aliquot ex primo ribus sinerent ciuitatem ingredi, ceteros excluderent. Quod si vim inferrent, iusta animaduersione ut referirentur. Illis autem quod iussi erant, exequentibus, Iesus cum paucis ingressus est. Quumque iussisset, arma à se ut excuteret oxyus, alioqui mortiturus ni pareret: visis omni ex parte circumstantibus armatis, ac proinde exteritus,

ritus, morem gessit. Comites porro Iesu, ingressu urbis prohibiti, audit a sui ducis cōprehensione, fugae p̄æsidia quæsierunt. Egō autem, Iesu ad me seorsim accito, dicebam non me clam fuisse p̄æstructas aduersum me insidias, suppresso tamen eorū indicio à quibus foret missus. Addebam, me alioqui id flagitij gratuitò condonare, si modo statueret recipere se ad meliorem vitæ frugem, simul et fidelis deinceps mihi cohaereret. Illo nihil non eorum se facturum pollicete, liber ut abiret, permisi: utq; rursus liceret ad vnu cogere quos prius habuerat sicarios nihil inurus concessi. Semphoritis proinde interminatus sum irrogaturum es se me p̄enam merito suo dignam, nisi in posterum desinerent tam esse erga me ingratit. In eius temporis articulo adierunt me duo megistanes eorum qui regi parebant in regiūne Thraconitarum, suos secum adducentes equos: arma quoque ac pecunias iij adferebant, sed recondire. Iudeis dicentibus

*magisāne
apud Per-
fas, pro-
priè pro-
ceres, ma-
gistratus,
primates.*

tibus hos circuncidi oportere, si quidem a-
pud Iudeos transfigere vellent vitam. Nō
permisi, vlla vt vi eō adigerentur, profess⁹
hominum quemque colere oportere Deum
pro libertate arbitrii, nō item vi adigi. His
subnectebam, eos qui sub nostrā fidem ac
popularem tutelam configiunt, ea excipiē
dos benignitate hospitiū, vt nihil sit, quo il-
los pœniteat sui ad nos aduentus. Multitu-
dine quidē his persuasa, dapsiliter ac splen-
didē cuncta suppeditabant pro consuetudi-
ne hospitalis diætæ. Misit autem rex AE-
grippas sui robur exercitus, ac ducem qui
præcesset, Sextum Modium expugnaturos

Exduov mō
duov

24 Magdala castellum. Qui autem missi e-
rant, cingendo in gyrum oppido impares
quum essent, castris in aperso loco fixis, op-
pugnarunt Gamala. Secundū hæc, AE-
butius decurio, cui vni concredita erat ma-
gni campi præfectura, is quum audisset
accessisse me Simoniadēm oppidum in con-
finio Galilææ situm, ab ipso disparatū sta-
etis dijs

dys sexaginta, assumptis noctu centum e-
quitibus, quos secum habebat, peditib⁹ itē
aliquot circiter ducentis, ascitis insuper ex-
ciuitare Gaba incolis suppetias laturis, no-
ste tora profectus, in oppidum usque perue-
nit in quo morabar. Me porro ex aduerso
aciem instruente frequenti milite addensa-
tam, AEbutius quidem sedulò tentabat
nos prolicere in campestrem planiciem. In
equitum enim solerti industria spem omnē
collocarat. At ne sic censui obtemperandū
hosti. Ego enim nihil obscurè intelligēs, quā
rō ea bellandi conditio esset potior accessu-
ra equitibus, si in campestrem illam plani-
ciem descendissimus (ad vnum enim nos
eramus pedes) decreui cum AEbutij mi-
litibus configere. Ipse quidem aliquantum
temporis cum suis propugnatoribus haud-
quaquam ingenerosè reluctabatur. Is de-
nique contemplatus sui equitatus vim sibi
esse inutilem per inaequalitatem loci, re in-
fecta abiit in Gaba ciuitatem, vix per
eam

eam pugnam tribus tantum perditis. Ipse autem hunc vestigiatim conseguebar, pedes armatos deducens bis mille. Quumque propinquassem Besaræ ciuitati in confino Ptolemaïdis sitæ, viginti autem stadijs disparatae à Gaba, quò loci moram trahebat AEbutius, milites stiti extra oppidū, iussique eos obseruare omnes viarum aditus, ut ipsi essemus in tuto, nec quicquam turbarum aduersum nos conciretur ab hostibus, tanti sper dum omnem exportassem⁹ frumentationem. Erat enim illic recondita vis ingens frumenti sub ditione Berenices reginæ, ex finitimiis vicis collecta, auctaq; in Besarenſium oppidum: Camelos Asinōsque (quos quidem permultos ut habem, solicite egeram) ad plenum oneratos frumento ablegauit in Galilæam. Explera eiusmodi frumentatione, prouocabā AEbutium, pugnam nobiscum ut iniret. Illo detrectante conflictum (verebatur enim istram nostram alacritatem atq; audaciam) deflexi

flexi iter aduersus Neapolitanum, quod
 audiissem huic incursione regionem Ti-
 beriensium esse depravatam. Erat Neapo-
 litanus hic ille quidem prouinciae praef-
 etus: accepit autem Scythopolim, eam
 ut tueretur eis custodire ab hostili incur-
 si. Hunc igitur quum abarcuissest à diue-
 xāda in posterum Tiberiade, totus fui cir-
in pax
 ca tutelarem Galilææ prouidentiam. Ioan-
 nes proinde Leui filius (quem diximus mo-
 ram trahere Gischalis) quum audisset ni-
 hil non mihi procedere ex animi sententia,
 quodque non mediocri perfruerer benevo-
 lentia quidem subditorum, terrori vero es-
 sem hostibus non admodum grato hæc ani-
 mo accipiebat. Namque meum unius la-
 tiorem successum arbitratus sibi adferre
 contemptum atque euersionem, in latebras
 impegit inuidia nec mediocris. Spe igitur
 adductus finem se imposuit mea dex-
 teriori fortuna, siquidem aduersum me sub-
 ditos ad odium accendisset. Admitteba-
 tur

tur suā in prolicere sententiā eos qui incole
bant Tiberiadē pariter & Sephorin,
ratus his accessuros ciues Gabaræ. Hæ e-
nīm ciuitates omniū, quas Galilæa cōple-
ctitur, sunt amplissimæ. Has promittebat
sibi cohæsuras, si à fide erga me desciuis-
sent. Se enim p̄r̄ me venditabat p̄stān-
tiū obitū Ducis munia. Et quidē Sep-
phoritæ (neq; enim alterutri nostrū obse-
cūdabāt, quod vltronei se substrauisset Ro-
manorum dominio) neutiquam assentiebā-
tur Ioanni. Tiberienses autem non sinebāt
se persuaderi ad defectionem, tametsi an-
nutu pollicerentur se illi fore amicos. Qui
verò incolunt Gabara, in partes transiere
Ioannis. Simon enim primas quidem obti-
nens ea in ciuitate, Ioanne quoque vſus ve-
lut amico ac sodali, adhortabatur Gabari-
tas. Et quidem palam diffitebantur esse se
descituros à fide erga me, superiore illa ad
uersum se coitione Galilæorum p̄atrepi-
di. Horum siquidem erga me beneuolen-
tiam

tiam didicerant multiplici experimento es-
se constabilitam. Clàm verò adornatis iam
insidijs, occasionem opperiebantur explen-
dæ suæ molitioni opportunam. eo que in pe-
riculosissimum vitæ discrimen sum deuolu-
tus, hac vtique ex causa: Adolescentes a-
liquot Dabarriteni quidem genere, per æ-
tatem verò iusto præfidentiores, obseruata
vxore Ptolemaei, regij procuratoris multo
cum apparatu necnon equitibus aliquot,
qui tuendæ illius gratia eam comitarètur
per campum magnum iter agentem, ex re-
gione egressam quæ ditioni subiacens Ro-
manorum, regibus penderet tributum, ino-
pino assultu in eos irruunt. Muliere quidē
adacta in fugam, quæ autem importaban-
tur, rapinæ patuerūt omnia. Prædones ad
me venerunt Taricheis consistētem. Ii præ
semulos quatuor agebant, veste plurima
ac varia supellectile oneratos. Inerat autē
argenti pond⁹ haud exiguum, aurei insu-
per quingenti. Hæc ego cupiens sartate-

Eta

Et a Ptolemæo asseruare, quippe qui esset
mibi cōtribulus (edicto enim legum nostra-
rū cauetur, ne quis vel hostes quoq; spoliet
rebus suis) ad prædones qui attulerant, cō
uersus dixi hæc mediussidius oportere ser-
uari, ut his precio distractis muri Hiero-
solymorū sarcirentur. Adolescentes spo-
liorum parte quam spe præsumperat, fru-
strati, permolestè & iniquo id tulere ani-
mo. Profecti ȳdem in vicos Tiberiadī in
orbem conterminos prædicabant me consti-
tuisse eorum regionem prodere Romanis.
Vtendum plane mihi fuit aduersus eius-
modi sophismate quopiam nouè excogita-
to, nempe ut dicerem quæ rapto parta es-
sent & allata, ea oportere sarta tecta ser-
uari, insumenda in instaurationem muro-
rum Hierosolymitanæ ciuitatis: quum è
diuerso apud me decreuissé vi erepta suo
reddere domino. Ne sic quidem aberrabā
prorsus ab animi mei scopo. Illis igitur aliò
se proripientib⁹, iussi accersiri ad me duos

d è pri-

è primoribus ciuitatis Dassionem & Ioannæum Leui filium, qui inter primos regis amicos censebantur. His iubebam acceptam supellectilem ad illum ut remittendam curarent, mortem pro multa interminatus, si ad vnu quempia alterum hæc retulissent. Rumore vero vniuersam obtinente Galilæam, quia regio ipsorum esset à me prodenda Romanis, eoque omnibus exasperatis ad expetendum de me supplicium, ita ut ipsi quoque Taricheani in eam veniret suspicionem, adolescentes nimirum vera dicere: persuadent custodibus corporis mei ac militibus, ut me obdormientem deserat, seque quam oxyssimè recipient ad Hippodromum, illic consultaturi cum cæteris qui eò conuenerant, omnibus aduersus sui exercitus ducem. His itaque persuasis ac eò perfectis, turba quæ aliquanto priùs frequens confluxerat ad Hippodromum, hanc vnam omnes edebant vocem, oportere plectri condigno supplicio eum qui patriam sceleratissimè

tissime prodidisset. Irā multitudinis quādantenus aduersum me promotam omnium maxime redaccendebat Iesus Sapientiae filius, princeps tum Tiberiadis, vir alioqui malignus, quique inter consultandum de rebus maximi momenti, suapte natura, ingenio esset ad conciendas turbas appositissimo, factiosus vel in primis, ac desiderio nouandæ Republicæ flagrans sic ut nemo alter. Et hic quidem arreptis tum in manu legibus Mosaicis, inque medium populi progressus dixit: An non tandem, o ciues, in harum legum gratiam, odisse Iosephū poteritis: oculis (inquam) reuerenter conuersis ad hasce patrias leges, quarum iste exercitus vestri dux primarius, futurus est p̄ditor? Quin, odio prosecuti quosque flagitiosissimos, pro hisce tuendis legibus nunc demum meritas pœnas experite de eo qui in animum induxit, ut facin' istiusmodi admitteret diris omnibus deuouendum et execrabile. His dictis & acclamante populo,
dij assum-

assumptis ille secum militibus aliquot armatis, quasi me in vestigio occidione occisus, præpropero gradu festinabat ad domum in qua pro tempore diuersabar. Horum ego nihil præsenties, gravi sopore detinebar per corporis defatigationem, quæ mihi contigerat ante eam populi excitatā turbam. Simon autem, cui ipse custodiam tutelarem corporis mei commiseram, (Hic enim solus persistebat mecum) viso ciuium accusu, exercebat me, et mihi quantum impendeat periculi, enuntiat. Orabatis, ut generoso animo, ceu addebet ducem strenuum, ipsius manu oppeterem mortem, priusquam vi illata ipsi hostes cæderent,

Attende aut certè dederent cruentæ neci. Hoc ille Iosephi p̄ sentem erat quidem dicebat, ego autem quæ me vnum ga deum spectabant, omnia Dei prouidetiae permit tens, animo præsenti gestiebam in plebem mediis profilire. Veste igitur lugubri ut cunque indutus, appensoque ad collū gladio, diuersamq; viam emetiens, in qua scilicet

licet nulli hostium occursum me arbitra
bar, penè momento in medium Hippodro-
mum me exhibens omnib⁹ conspicuum, sed
et capite prono in terram delapsus, ipsā
quoq; terrā perfundens lachrymis, omniū
iudicio habitus sum commiseratione dignis-
simus. Quod verò probè intelligerem inge-
nium populi quām esset studia in contra-
ria versatile, pro virili adnitezbar illos vt
in varias distraherē sententias, priusquām
à domo milites ad populum me circumstan-
tem se reciperent. Et quidem concedebam
erga adulescentes non iustè egisse me, quē-
admodum dicunt. Rogabā proinde, vt cum
bona eorum venia finerer prius docere, in
quem vsum pecunias rapto quæsitas et ad
me allatas afferuarem. Tunc demum hac
de re instructi, si videbitur, ipsi me mori iu-
beant. Multitudine verò vt dicerem, iubē-
te, superuenerunt milites, meque conspecto
accurrerunt intentantes mortem. Multi-
tudine porrò se vt continerent iubente, pa-
d iij ruerunt.

ruerunt, præstolantes ut simulatque essem
palam confessus in hoc pecunias conseruas-
se, regi ut restituerentur, me quasi publica
confessione compertum proditionis inclemē-
ter trucidarent. Imperato igitur ab omni-
bus silentio dicere cœpi: Viri mihi congene-
res, mori quidem me, si iustum est, mortem
nulla ratione deprecor. At qui in votis est
mihi, ut, priusquam hac defungar vita,
me edifferente ad vos perueniat veritatis
cognitio. Cuiusdam enim hanc quum satis
superque intelligam, omnium quas noue-
rum esse erga hospites maximè liberalē ac
benignam, eo que tam exuberare copia vi-
rorum qui vestra hospitalitate invitati,
relicta ob id sua ipsorum patria, huc se re-
cepereunt, perficitur confortio vestrae huius
prosperioris fortunæ. Hac ego virtute inui-
tatus tecum constitueram muros vestros
instaurare hisce pecunijs, quibus de præ-
sens aduersum me exorta est indignatio,
quas plane fueram insumpturus in eorum
structu-

structuram. His à me dictis, à Tarichee-
sibus quidem & ipsorum inquilinis atque
hospitibus exorta, vox in sublime attollitur
profitentibus se hoc nomine gratiam habe-
re mihi non vulgarem, atque adhortanti-
bus animo ut essem præsenti, ac sumerem
audaciam. Galilæi interim ac Tiberien-
ses in præconcepta indignatione hærebant
fixiūs. Et proinde ijs ipsis inter se mutua
verborum velitatione confligentibus, illis
quidem interminantibus se irrogatuos pœ-
nas, alijs è diuerso hasce minas ne tantilli
æstimantibus. At ubi primū sum polli-
citus & Tiberiadis mænia me resartu-
rum, aliarum insuper ciuitatum muros,
quaten° sane necessitatis ratio vſusve ex-
poscere videretur: hisce verbis habita fide,
singuli in suam quique ciuitatem secesser-
runt. Evidem quod iam recensui pericu-
lum, simul ac artifici verborum acumine
effugi: vna cum amicis & armatis militi-
bus viginti, à tanto periculo velut redux

d iij in

in meum me hospitium recepi. Rursus sica-
rii illi ac seditionis authores hand medio-
criter timentes sibi ipsi, necunde ab eis exi-
gerentur pœna ob ea quæ aduersum me cō-
cinnarant, assumptis secum sexcentis mi-
litibus armatis, ad domum pedē contule-
runt in qua id temporis diuersabar, eā in-
cendio tradituri. Renuntiata igitur mihi
violentia hac impressione aduersum me eo-
oritura, putavi facturum me rem magnō-
pere indecoram, illinc si me fuga proripe-
rem. Evidem tanto vitæ discrimini ex-
positus, ex tempore iudicavi mihi videntū
singulare quadam audacia. Quum igitur
imperasse fore omnes domus occludi, cō-
scenso loco superiore domus, admonebam
sinerent quosdam domum introduci, ex me
pecunias recepturos. Dicebam enim illis
interquieturos hoc pacto à frendore impo-
tentis ira. Ex intromissis, eum qui ceteris
videbatur præfidentior, iussi flagris cōscin-
di acerrime, deinceps manum alteram præ-
cidi, ac

cidi, ac præcisam à collo suspendi. Sic affe-
ctum misere exclusi ædibus, & ad eos qui
miserant, reieci, quos vtique stupor nō me-
diocris cœpit ac timor. Timebant igitur ne
si illic hæreret diutius, similia cogeretur pa-
ti. Coniectabant enim domi habere quam
ipſi numerosiorem militum copiam. Itaque
ij fuga dilapsi, præcipites abierunt: ego au-
tem istiusmodi vsus strategemate, secun-
dam hanc effugi aduersum me adornatā
infidiosam coitionem. Quin ne sic abster-
riti, iterum turbam concuerūt eorum qui
dicerent regios magistrat⁹ qui ad me ve-
nerant, non debere viuere, quod ad legitimi-
ma, ritusque nobis viuendi solennes trans-
ire nollent, ad illos licet accessissent ser-
uandi: notamque illis inurebant beneficij
& incantationis, ac prohibentes Roma-
norum aduentum. Proinde populus momē
to mobilis, de rectitudinis via abreptus im-
posturis loquentium ad aucupandam vul-
gi gratiam. Hæc igitur quum audire, rur-

Cuiusmo-
di hac no-
stra ætate
fuisse cō-
pabantur
Germa-
norum &
popul⁹ &
p̄dicantes.

sus cœpi instruere populum, non esse rati-
 ni consentaneum, eos temerè persequi qui
 ad se configurerent: vanum præterea esse ac
 nugaciſſimum, q̄ illis impingerent præſti-
 giarum crimen aut veneficij. Neque enim
 id si eſſet, ſi vi incātamentorum aut vene-
 ficijs vlliſ, tam multipli ci potirentur victo-
 ria aduersus hostes, tot adeò militum my-
 riades cogerentur alere. Hæc dicente me
 vel tantillo quidem temporis in meam ve-
 nere ſententiam: non item ita diu ubi ſeceſ-
 ſiſſent, ſuadelis facinoroforū ad deteriora
 proritabantur aduersum megistanas, nō-
 nunquam armis accincti: ita ut cooriren-
 tur aduersus illorum domum qua erat Ta-
 richeæ, quaſi illos expeturi in mortem.
 His ad me relatis, ſanè admodum timui,
 ne odio eiusmodi infelicem ſortitio exitum,
 vrbs fieret ad ſe configueribus inacceſſa.
 Itaque cum alijs aliquot profectus in aedes
 regiorum magistratum, illicque obſeratis
 foribus, ac foſſa excavata qua ab ea do-

mo ad mare transmiserer, iussi ad omnem
euentum apparari nauigium, quo demum
cum illis consenso, ad confinium Hippo-
norum traieci. Dato eis equorum pretio (in
tam præpropero enim ac præcipiti trans-
fugio non satis commodè poteram mecum eos
abducere) illinc eos dimisi, multis verbis
adhortatus, generosè ut perferrent incur-
santem necessitatem: ipse autem supramo-
dum angebar animo, quod adigerer eos
qui transfugio mecum euaserant incolu-
mes è navi eductos exponere in terram ho-
stilem. Melius enim esse duxi eos (si casus
ferret, apud Romanos mortem oppetere, q
inclementer perimi in regione mihi cōcre-
dita. At qui demum seruati sunt. Indulxit
enim eis clementer rex Agrippas quæ p-
peram egissent. Et hæc quidem sic habent,
quæ illis tandem contigere. Tiberienses
interim scribunt regi, obsecrantes trans-
mitti vim frequentem militum ad tutelare
custodiam suæ regionis, se enim confirma-
bant

bane velle trāsire in regias partes. Et quidē
hæc scribebant regi. Ad eos ut veni pri-
mūm, obsecrabant quatin⁹ ipse meæ polli-
cationis memor, mœnia ciuitatis iuberem
priua impensa instaurari. Audierat enim
Taricheas prius aliquātò muris ambitas.
His quū annuissem, iamq; accuratè ador-
nasse omnia quæ ad eam structuram vi-
derentur accommoda, iubebam archite-
tones instare operi: & ecce die tertio quū
soluisem è Tiberiade petitur⁹ Taricheas
stadijs triginta à Tiberiade disuntas, cō-
tigit confpici equites aliquot Romanorum
non ita procul à ciuitate iter facientes. His
visis iniecta est mihi suspicio, vt facile cre-
derem exercitum proximè adesse ab rege
missum. Illi igitur confessim voces edebant
multis laudibus celebrates regem: me edi-
uerso execrati onerabant incredibili ma-
ledicentia. Vnus quis præpete cursu me
adijt, renuntiaturus qua hæc animi desti-
natione illi depromebant. Certo enim co-
gnoue-

gnouerant Tiberienses à me defecisse. His
proinde auditis, infedit cordi non medio-
cris angor. Milites enim quum haberem
ex Taricheis, iamq; ad eorum domos per-
uenisset: male erat animo quod illinc eos
abducere non liceret ob reuerentiam sab-
bati in crastinum incidentis. Neque enim
volebam Tarichees vlla intemperie aut
strepitu militaris multitudinis interturbari.
Nam quoties versabar Taricheis, nihil
mihi curæ erat tuendo corpori adhibere mi-
litarem custodiam, vt qui subinde experi-
mentum cepisset integrissimæ eorum erga
me fidei. Tantum fuit, septem sum remo-
ratus milites circa me vnâ cum amicis,
quippe qui inter hasce salebras deprehen-
sus addubitarē, quid potissimum mihi agē
dū foret. Neq; enim in eo temporis articulo
censebam meum ad me acciri debere exer-
citum, quod dies ille inclinaret iam in no-
ctem. Etenim etiam si eo die aduenisset, ar-
ma in crastinum non licuisset arripere no-
bis

bis legis Mosaice interdicto prohibitis,
quanlibet vrgens necessitas nos ad ea su-
menda perpellat. Quod si Tiberiadem
Taricheoris eorum militibꝫ apud illos inqui-
linis externis ue permissem diripiendam,
vriue videbam non futuros esse satis di-
reptioni: meam proinde dilationem prospic-
ciebam fore longissimam. Exercitum enim
regium simul atq; aduenisset, præsumptis
coniecturis augurabar praoccupaturum
esse ciuitatem, meq; eius iure spoliatum iri.
Consilium igitur apud me inibam, quonā
tandem mihi vtendum foret strategemate
aduersus eos. Dicto oxyus decreui porris
Taricheensium præficere quosq; amicorū
fidissimos summa cum cautione obseruatu-
ros cupientes egredi urbem, accitisq; ad
me primarum ædium incolis, iussi cuique
ipforum, vt proxime urbem nauim attraherent:
nauclero prætere a imperavi, ingres-
sus eam vt adduceret, meq; sequeretur Ti-
beriadem versus iturum. Et quidem ipse
cum

cū amicis & armatis militib^o quos dixi
septē fuisse numero ingress^o, iter nauī eme-
tiebar ad Tiberiadē. Tiberienses autē
comperio, quia nondum regius exercit^o ap-
pulisset, parte altera mare contemplaren-
tur cingi vndique multitudine nauium,
haud mediocri timore correpti sunt pro ci-
uitate, ingentiisque stupore perculsi: ut qui
suspiciarentur naues ipsas classiarijs mili-
tibus compleri, tū priorem immutant sen-
tentiam. Proiectis igitur armis cum uxori-
bus ac liberis honoris mihi exhibēdi gra-
tia veniebant obuiam, multa cum celebri-
tate laudū exerta voce acclamabant mi-
hi prodeunti. Coniectabant enim me nihil
eatenus exaudiisse de suae defectiōis ad re-
gem decreto. Rogabant insuper, mihi vt tē
perarem ab excidio ciuitatis. Ego autem
vrbi factus propior iubebam, vt naucleri
anchoras iacerent semotius à terra, ne Ti-
berienses internosse possent naues vectori-
bus esse vacuas. Ipse autem uno quopiam
naugio

Kyrioi natugio ad eos prouectus ac proximus, il-
forte àr
və μοσσ·
vnu vel àr
və μοσσ·
ingratitu
dinem.
loxum iustitiam increpabam vehemēti v-
sus acrimonia verborū, quodq; nulla sub-
sistēre legitima causa defectionis, tanta le-
uitate se à fide abalienassent, qua se mihi
aliquantò priùs obstrinxerant. Spondebā
alioqui illis deinceps me stabiliter ignosci
turam, si quidē transmisissent viros e prae-
sidibus multitudinis decē. Illi alacriter pa-
cto obsecundātes, miserunt quos prædixi:
ego autem consensa naui dimisi eos in cu-
stodia asseruandos Taricheis. Sanè hoc fœ
liciter peracto strategemate, per paucos il-
los deprehenso omni consilio, missis in præ-
dictam ciuitatem legatis, & cum eis ins-
si ad me transmitti alios insuper e populo
nec paucos primates viros superiorib⁹ ni-
hilo inferiores. Populus simul atque intel-
lexit in quantam malorum esset deuolutus
magnitudinem, obsecrabat, plecti vt iube-
rem authore seditionis. Dicebatur is Cli-
tus, nimio plus audax ac temerarius ado-
lescens.

lescens. Ego qui prophanum esse censemba
 vnum ex contribulibus virum perimere:
 puniendus tamen quum esset; vni e corporo
 ris custodib⁹ nomine Leui negotium dele-
 gavi amputandæ alterutrius manus. Ius-
 sus et idē Leui, veritus quum esset in tā-
 tam pdire multitudinem præsertim solus;
 cupiens alioqui ego militis istius ignauam
 timiditatem nulli innotescere Tiberiensū,
 Clitum ipsum proprio nomine aduocaui,
 eiq; proprius admoto dixi: Quandoquidem
 dignus es, cui ambæ manus recidatur, qui
 in me adeò extiteris ingratus; esto tu tibi-
 ipsi carnifex. Causis dicto minus audies
 aut immoriger, ne pœnam tanto acerbiore
 subire cogaris. Eo crebris precibus conten-
 dente, sibi alteram condonare, agrè sum
 assensus. Ille prægestiens quòd non vtrāq;
 perderet manum, arrepta machæra fini-
 stram sibi præcidit. Hoc uno opere inter-
 quieuit ea seditio. Tiberienses, postquam
 Taricheas perueni, vbi rescuerunt, quo
 e
 ejem

O' iudic
inclemē-
ter clemē-
tem.

essem aduersus eos usus strategemate, in admirationem et stuporem sunt conuersi, quod ingratitudinem ipsorum erga me manifestariā citra ullius cædem sedauerim.

Ego autem ē carcere accitos primates Tiberiensis populi (erat item cum eis et Iustus, huiusque pater Pistus) mecum admoni cœnæ. Inter cœnandum dicebam me neuti- quam ignorare potentiam Romani impe- ri, quippe quod cæteris omnib⁹ esset præ- cellentius; alioquin silentio regendum id es- se ob sicarios. *Et quidē hæc statuebamus eis facere, expectantibus opportunitatem commodiorem, et ut ne mihi eorum duci fieret intolerabile. Neminem enim alterū eos addebā posse internancisci similiter ma- suerum ac ciuilem. Verum Iusto memoriā illi renouabam rei gestæ sub belli initium, priusquam ab Hierosolymis ipse aduenis- sem, quia nimirū Galilæi eius fratri in ius vocato utramque iussissent manum præci- di, quod literas euulgasset commentitias ac dolo

*
Haud du-
biè defit
hic quid-
dam.

dolo malo confictas, quodque post Philippi
Gamalitæ profugium ad Babylonios, qui
cum fratre motoriam seditionem excue-
rant, sustulissent è medio Charéta. Sane
Chares hic erat Philippo congener, Iesum
eius fratrem, sororis Iusti maritum mode-
rate castigassent. Hæc quum disseruissim
sub horam conuiuij, edixi ut dilucula sc̄ēte
die Iusti comites liberi è carceris custodia
sinerentur quolibet abire. Sub hæc contigit
Philippum Ioachimi filium hanc ob cau-
sam è Gamalæ forti præsidio aliò pedem
conferre. Philippus audies Varum ab re-
ge Agrippa gradu esse deiectum procu-
randæ prouinciæ, iamque illi successorem
aduenisse Modium Ecum, virum vtique
et amicitia et familiari consuetudine
iam olim sibi notissimum: ad hunc scribit,
significans quæ sibi peculiariter contigis-
sent, simul obsecrās, vt quæ à se essent mis-
sæ literæ, eas curaret ad reges transmittē-
das. Sane Modius acceptis literis non me-

e ij diocri

diocri gaudio exhilaratus est. His enim le-
Etis, intellexit saluum esse & in columem
sibi familiariter notum. Ad reges proin-
de qui circa Berytum versabantur, lite-
ras dedit. Rex autem Agrippas ut cognouit
primum, rumorem salsò dispersum de Phi-
lippi defectione (Quaque uersum enim fa-
ma permanarat, quia is Iudeorū exercitus
ad bellum ductando aduersus Romanos
praesseret.) equites misit qui Philippum ho-
norifice comitati, in regiam deducerent.
Hunc itaque aduenientem prehensa de-
xtra rex & comiter salutat atque com-
pleteatur, Romanisque qui aderant duci-
bus, digito in Philippum porrecto ostenta-
bat, dicens: Quia Jane, Philippus hic est,
quo de rumor in vulgus se effuderat, quod
a Romanis descivisset. Iubet idem, ut equites
accepto Philippo in Gamala præsidium
quam oxyssime profecti illinc educerent
quoscunque haberet domesticè notos: Ba-
bylonios rursus in Batanaeam reductos de-

integro

integro restituerent. Denique imperauit, omni studio vt prouiderent, ne qua à subditis exoriretur seditio. Sanè Philippus, his quoque per epistolam ab rege acceptis mādatis festinabat sedulò exequi, quæ esset iussus facere. Iosephus autem non paucos Iatrinæ urbis adolescentes audacia & lacritate animi promptissimos, sua exhortatione præmunitos quum in ordinem contraxisset, iamque immineret procerib⁹ Gamalæ, persuasum illis tandem est, ab rege ut deficerent, ac resumptis armis sese manu assererent, & vindicarent pristinam libertatem. Et quosdam quidem vi adegerunt ad corripienda arma, alios autē quibus id decretum minus plausibiliter arri-debat, peremerunt. Occidunt porrò et Chreta: cumque eo quendam illius affinium nomine Iesum. Sed & Iusti Tiberiensis sororem interfecerunt, sicuti præmisim⁹. Scribunt dein ad me, obsecrantes mitti robur militum cum eis qui mœnia ciuitatis essent

e iij excita-

excitaturi. *V*isum est utriusque postulationi annuere. Defecit item ab rege Gaulanitis regio ad usq; oppidum Solymen porrecta. Seleuciae vero et Soganni oppida naturae beneficio munitissima, forti substructione murorum cincti. Alia item pleraque per superiorem Galilæam oppida in locis maxime saxosis sita, peræquè ambiui mœnibus. Horum sunt nomina: Iamnia, Amerytha, Charabe. Ciuitates præterea Galilææ æquè communiui, Taricheas, Tibériadem, Sepphorin. Oppida insuper Arbelorum, Spelæum, Bersobe, Selamen, Iotapata, Capharath, Comosogana, Napapha, montemque Itabirium. In has ciuitates atque oppida ingentem frumenti copiam conuexi ac se posui, arma insuper ingenti studio accurauit in futuros euentus, et ad munimen. Ioāni vero Leui filio odium aduersum me incesserat præ cæteris votiū iniquiore animo ferenti meam lætiorē quam voluisse, fortunam. Is igitur quum modis omnibus

omnibus animo destinasset me unum à sua gente semotiū amoliri, muros accurat cōstrui suæ patriæ, hoc est Gischalis: Simonē verò fratre ac Ionathan Sisennæ filiū vna cum militibus circiter centum in Hierosolyma transmittit ad Simonem Gamalieli filiū eū obsecratus, Reipublicæ Hierosolimitanæ ut p̄suaderet principatu in Galilæos mihi abrogato, potestas in eos dē omnis plebiscito arrogaretur Ioāni. Erat quidem hic Simon ex civitate Hierusalē; genere verò cum primis illustri ac splendido, utpote ē Pharisæorū secta, qui circa legitimos patriæ ritus creduntur cæteris seu riore disciplina viuendi antecellere. Hic proinde vir apprimè prudens erat ac sensatus, quiq; collapsas res et afflictas posterat sua vnius prudentia erigere. Ioanni hic deuinētissimus fuerat, et amicitia iugo, et consuetudine viuendi familiariter. Tunc temporis à me diuersus animo abiabat ac dissentaneus. Hic igitur in se rece-

pro munere patrocinādi causæ Ioānis sua-
debat pro virili pontificibus Anano &
Iesu Gamalæ filio, alijs itē aliquot factio-
~~magistrorum~~
nis eiusdem, me ceu germen primum emi-
cans ut exscinderent, neu cunctarentur
diutiū aut finerent gloriam meam altius
radices agere, ut quæ quadantenus adole-
uisset, eis futurum emolumento prædicans,
si quidē Galilææ caderē principatu ac spo-
liarer. Ediuerso Anani familiares ac do-
mesticos nolebat interesse, consilio eiusmo-
di decidendo: ne si ipse prænouissem densa
vi militum stipatus, inopinus adorirer ci-
uitatem. Hæc quidem Simon decernenda
in medium depromebat. Ananus autem
pontifex censebat id negotium operiosius es-
se, nec facile factu, quod bona pars ponti-
ficum & eorum qui præcessent populo, mi-
hi laude legitimi ac probi ducis suo astrue-
rēt testimonio. Calumniosam porrò actio-
nem viro intendere aduersus quem nihil
objicere queas expostulatione dignum, hoc
plane

planè opus improborum est. Simon auditis
quæ ab Anano dicerentur, rogauit id o-
mne consilium tegi silentio, neu quis eorum,
verba eiusmodi euulgaret aut pderet. Di-
cebat prospexit se quonā pacto citra ne-
gotium ego è Galilæa emoueri possem et
ablegari. Accito enim ad se Ioannis fra-
tre, iussit per eum Anani comites profusa
munerum largitione oppugnari. Hoc enim
pacto (ait) forte continget persuaderi eis,
de sententia ut decedant. Tandemque cō-
fecit Simon, quod animo præsumperat ac
destinarat. Ananus enim et illius com-
plices pecunijs corrupti, assēsi sunt ut prin-
cipatu Galilææ caderem ac deturbarer,
quum aliis nemo per ciuitatē præter pau-
culos istos conscius esset decreti. Denique
visum est mitti oportere viros genere qui-
dem spectabiles, eruditione autem nihil di-
spares. Erant verò in his duo ad concionā-
dum non inepti, Ionathas et Ananias,
vterque secta Pharisæus: tertius itidem et
ipse

Attende
quām sic
efficax
dignatio-
nia.

ipse Phariseus, verum è genere sacerdotali, nomine Gozorus. At qui Simon in eorum pontificum numero, omnium erat maxime iuuenis. Hos subebant adire Galileorum plebem, rogatuos cur tantopere mihi afficerentur ac deamarent. Si autem responderent, quod esse ipse è ciuitate Hierosolymorum: subnecerent se etiamnum quatuor ex eadem produisse vrbe. Quod si causam adderent, ob scilicet non vulgarem peritiam legum, subiungerent se quoque neutriquam ignorare legitimos patriæ mores ac ritus. Rursus Galilæi si responderent se amare me ob sacerdotij dignitatem, ad hæc illi ut adiicerent, ex quaternione legatorum duos insigniri sacerdotij gradu. His instructi consilijs complices Ionathæ, myriadas argenti quatuor appendunt ex ærario publico. Ad hæc audito, quia Hierosolymam aduenisset Galileus quidam Iesus nomine, acie stipatus sexingentorum militum: hunc s. bin accitum,

auctora-

auctorarunt, illi per soluto trimestri stipendio, ac iusserunt, ut comitati Ionathæ affectas, eorum iussis gererent morem. Trecetis insuper viris è ciuium multitudine selectis imperarunt, ut singuli quique accepto in alimoniam argento, comitarentur legatos. Persuasis itaque omnibus, & ad profectionem decorè adornatis, ita ut iam complices Ionathæ iter capesserent iuuitantes & ad se prolicientes Ioannis fratrem vnam cum militibus eius centum, acceptis præterea mandatis à quibus amandabantur legatione functuri, hoc quidem illorum decreto, si quidem me apte sponte ponerem arma, ipsi me viuum in urbem Hierusalem transmitteret: sin ipse ex aduerso instruerem aciem, posito omni timore me occidione occiderent. Hæc vtique erat formula mandati. Scripserant autem & Ioanni, bellum aduersum me ut accuraret: Sepphoritis vero, Gabarenis et Tiberiensib⁹ imperarunt Ioanni ut auxiliare subsidium emit-

emitterent. Hac mihi ex patris literis innotuerunt: patri autem arcanum dexterat Iesus Gamala filius, eorum vnus quae in concilio decreta essent, conscius, per amicu-
cūs et domesticā consuetudine mihi pro-
bè notus. Tanta hac agnita ciuium meo-
rum ingratitudine, ita ut animo exulce-
rati inuidiæque tragula perculti, me in-
terfici iussissent, dici non potest, quam in-
doluerim animo. Addebat mœrori stimu-
los, quod pater per literas vehementer me
obsecrabat, ad se ut venirem. Magnopere
enim dicebat desiderare se priusquam vi-
ta istius munere defungeretur, vel semel
videre filium. Hac sane amicis prode-
bam. Quod autem die tertio dice-
rem me regione eorum relicta in pa-
triam profecturum, vniuersos qui audie-
rant, occupabat mœror, meque lachrymis
fusis obtestabantur ne se desererem, peri-
turos alioqui, si quidem contingere spolia-
ri me meo ducatu. Me vero eorum suppli-
cationi

cationi neutiquam annuente, sed de mea
 vnius salute solicio, exterriti Galilæi ne
 quum illinc emigrasse, in aspernabilem
 prædam exponerentur sicarijs: nuntios a-
 mandant qui per vniuersam Galilæam
 significarent meam de profectione senten-
 tiā. Bona Galilæorū pars id ut primum
 rescierunt, vnde cunque in vnu sunt coa-
 ēti cum vxoribus ac liberis, id agētes meo
 quidem arbitratu, non tam desiderio mei,
 quam quod male sibi timerent à sicarijs.
 Sibi enim persuaserant, me apud eos per-
 manente, nihil se adituros mali. Venerunt
 igitur omnes in campum magnum, cui vo-
 cabulum est Asochis, quod loci pro tempore
 versabar. Succurrit admirari cuiusmo-
 di somnium ipse per eam noctem viderim.
 In cubile enim quū me recepiſſe, ob ea que
 literarum missilium lectione didicerā mæ-
 rore contabescens et animo plane turbu-
 lento, visus sum videre quendam adstan-
 tem cominus, ac dicentem mihi: Heus tu,
ordor. Iosephi.
 qui

qui sic conficeris angore animi, vide animo ut sis tranquillo ac requieto, metus omnis esto liber. Quae enim macerant te & afflictant calamitates, eadem te reddent spectabilem omnibus ac maximè præstarem. Quin ipse per omnem emerges futuri euentus incursum longè fortunatissimus. Neque enim hæc modo conficies prosperrime: sed & pleraque alia ad lætissimum prouches exitum. Ne labora, obsecro te: neu esto plus a quo anxius. Fac, memineris aduersus Romanos tibi esse configendum. Istiusmodi somnium paulò pressius contemplatus, momento expurgis cor incredibili animi alacritate diffusus ac prægestiens desilire in apertam campi planiciem: & ecce oculis hisce meis se se offert spectanda omnis illa numerosa multitudo Galileorū.
 Inter hos sane se etiā illò loci stiterārū uxores cum filiis initio statim aduentus mei pectus rudentes suum, qui cum exundati lachrymarum profusione obrestabantur
 sup-

Supplices se inter medios hostes non deseriri,
neu per istam abitionem ipsorum regio in
hostium veniret apertam cōtumeliam. Hi
simul ac perspiciebant nullis me persuaderi
deprecationibus, ut vel tandem inuitum
me apud serinerent, adegerunt sequestri
iure iurando. Ad hæc populum Hierosolymitanum maledictis nec paucis onera-
bant, quod ipsorum regionem non sinerent
in tranquilla pace conquiescere. His sanè
exauditis, multitudinem quoque contem-
platus vultu in humum deiecto marente
sui inflecti animum ac frangi ad miseri-
cordiam, rem me esse facturum arbitrat⁹
magistratu quo fungabar, nihil indignam,
si in tantæ multitudinis gratiā non dubi-
tarē etiā in conspicuo omnibus posita adire
vitæ pericula. Assensus itaq; tādem sum
hac cōditione: E tanto numero selegi quī-
que milia militum, quibus imperavi, ut ar-
mis communiti nec parco commeatu secum
importato, me adirent: cæteros in suā quē-
que

que dimisi domum. Et hæc quidem quinq;
milia ut appulerunt primū; in ordinem
conserui, vna cum aer mille quos mecum ha-
bebam, et equitibus octoginta. Numero-
so hoc procinctu militum stipatus, rectâ cō-

χαβολά,
quam idē
8.lib.An-
tiq.vocat
Chabulā.

tendi ad Chabolo oppidum Ptolemaidi cō-
fine: et illic robur exercitus continenter
agglomerans in procinctu ut esset, finge-
bam mihi bellum esse aduersus Placidum.
Et hic quidem aduenit cum duabus cohorti-
bus pedestris exercitus, cumque ala una
equitum à Cestio Gallo in hoc missus, ut
oppida Galilæorum quæ Ptolemaidi sunt
confinia, incendio contraderet. Iamq; val-
lum defixerat in prospectu ciuitatis Pto-
lemenium: ego quoq; sexaginta propè sta-
dijs ab oppido secedens castrametor. Qui
ipse etiamnum robur mei exercitus subin-
de præuertebam, quasi mox cum hoste cō-
gressurus. At certè præter prælusiones a-
liquot velitaris pugnæ aut iaculationes è
sublimi, aliud nihil confecim⁹ operis. Pla-
cidus

cidus enim, ut qui aliqua ex parte nosset,
quantopere admiterer inire conflictū eī
cum eo congregari, consternatus animo vi-
res repressit adornatae obsidionis. Verūm
ne sic quidem secessit à Ptolemaide. Eodē
temporis articulo quum aduenisset Iona-
thas cum suis collegis, quos dixim⁹ è Hie-
rosolymis missos studio eī factione com-
plicum Simonis Ananique pontificis, is
tota animi intentione moliebatur, me vt
antecaperet positis insidijs. Neque enim
aperto marte audebat me adoriri. Ad
me porrò epistolam scribit sub hac ver-
borum formula: Ionathas, eī qui cum eo
sunt missi ab Hierosolymitis, Iosepho
gaudere. Nos quum intellexissimus, refe-
rente senatu Hierosolymorum, Ioannem
Gischalensem plerunq; molitum esse ad-
uersum te insidas, in hoc missi sumus, eū
vt increpemus cum omni verborum acri-
monia, admoneamusq; tibi deinceps mo-
riger vt sit eī obsecūdet. Sanè quū opte-

f mus

mus tecum consilium inire de his quæ in
commune nobis agenda sunt, obsecramus
te, ad nos ocyūs ut aduoles cum aliquan-
tis, non item multis. Neque enim hoc op-
pidulum satis esse possit excipiendæ tan-
tæ multitudini militū. Hæc quidem scri-
bebat spe præsumentes alterum affore è
duobus: vel quia inermis si venisset ad
eos, me detinuissent pro vili mancipio: aut
cerre si cum frequenti commilitio, iudicas-
sent me pro hoste habendum. Venit item
et eques ex his unus qui priùs aliquan-
to stipedia fecerant Regi, iuuenis alioqui
audacul⁹. Is literas adferebat. Erat pro-
inde hora illius noctis iam secunda, quo
tempore vna cum amicis ac primis Gal-
læ celebrabam conuiuum. Domesticus
famulus quum mihi renuntiasset adesse
equitem quendam Iudeum, iussi, hominē
ut accersiret. Introgressus ne villa quidem
dignatus me est salute. Tantum fuit, por-
recta manu exhibuit epistolam. Hanc,

inquit, qui ex Hierosolymis recens adue-
niunt, miserunt tibi exhibendam. Scribe
iā & tu quām ocyssimè. Perpellor enim
ad eos regredi festinus. Sanè qui accum-
bebant coepulones, miraculi ac stuporis lo-
co habuerūt præfractam hanc militis &
impudentem audaciam. Ego contrà obse-
crabam, nobis ut accumberet & vna cœ-
nitaret. Quum is abnuisset, epistolā qui-
dem, vti acceperam, premebam digitis, cō-
uersus autem ad amicos alijs de reb⁹ te-
xebam sermonem. Post autem aliquantū
temporis ex epuli accubitu surgēs, cæteros
quidem emisi ad suum quēq; cubile, qua-
tuor tantū mihi familiariter ac dome-
stica consuetudine amicos sum adhorta-
tus, nequò abirent. Iuueni literarum geru-
lo iussi apparari vinum. Id dum fit, semo-
tis arbitris nec ullo inspectante explico e-
pistolam. Ex eius qualicunq; lectione pla-
nè intelligens quid epistolæ illius scribæ
aduersum me molirentur, resignatā rur-

fūsus geniis.

Attende
Iosephi
tolertiā
in explo-
rādis in-

sus sigillo priore signauit, sic ut videri posset nulli dum lecta, eam quoq; manibus premens precepit ut drachmæ viginti militi daretur in viaticum. His ille acceptis dixit se habere gratiā. Ego proinde eiusmodi responso facile deprehendens adolescentis ingenium turpi lucro inferuire, quodq; tali compendio expugnari maximè et capi posset, adieci: Atqui nobiscū si velles bibere: utique pro cyatho vini drachmam vnam accipies. Ille nihil inuitus paruit pollicenti: speq; illectus accipie dæ numerosioris pecuniae multo se proluit vino. Ebriacus tandem ac temulent⁹, nullius iam arcani continens, adeò ut ne rogatus quidem, nihil non euulgaret, nempe insidias aduersum me adornatas: adiecit tandem, quia et ipsorum decreto essem morti addictus. His plane auditis, rescribo hunc in modum: Iosephus Ionathæ et his qui cum eo sunt, gaudere. Quod audierim vos incolumes in Galileam venis se ac

se ac minimè valedicarios, equidem la-
 tor: eò maximè, quia non incommode vo-
 bis, sed velut per man⁹ tradere potero eo-
 rum quæ hic aguntur, accuratam ratio-
 nem, quum ipse destinari in patriā pro-
 fici sci. In votis enim iam pridem id animo
 infederat. At qui conueniebat ad vos p-
 fici sci me non in Xallo tantum, sed tan-
 tò longius: etiam si ne iussissetis quidem.
 Veniam mihi ut condonetis, etiam atque
 etiam rogo, quando id re ipsa præstare nō
 possum. Hic enim in Chabalo quaquā li-
 cet, obseruo Placidum animo secum ver-
 santem, quonam pacto in Galilæā queat
 ascendere. Lecta igitur epistola hac, ad
 me ipsi maturate gradum. Valete. His à
 me perscriptis ac militi ut perferret, red-
 ditis, visum est cum eo amandare viros tri-
 ginta Galilæorum longè probatissimos his
 instructos monitis, illos quidem salute ut
 impartirent, aliud proinde verbum ne p-
 merent. Edixi præterea, ut unus aliquis è

f iij militi-

militib^o fide dignis cautim obseruaret, ne-
qua familiaris collocutio cum eis texere-
tur, quos ad Ionathæ complices emiseram.
Et illi quidem profecti eo sunt: comites au-
tem Ionathæ simul ac senserunt aberrasse
se à scopo destinatæ suæ aduersum me mo-
litionis, alteram ad me transcriperunt e-
pistolam sub hoc tenore verborum: Iona-
thas & qui cum eo sunt, Iosepho gaudere.
Mandamus tibi, nullo ut stipatus com-
mitio intra tertium diem venias in Ga-
baroth oppidum ad nos exactius cognitu-
ros te referente quæ designaris criminis
aduersus Ioannem. His ad me scriptis ac
salute dicta Galileis quos miseram, illinc
faceſſerunt in Iaphan oppidum planè o-
mnium quæ complectitur Galilæa, longè
maximum, mænibus munitissimum ac nu-
merosa incolarum multitudine differtum.
Obuiam eis produxit vniuersa multitudo
virorum cum uxoribus ac liberis, aduer-
sum quos exerta voce vociferabantur iu-
bentes

bentes ut egressi neutquam sibi inuideret strenuum ducem. Ionathæ comites vix credibile, quam eiusmodi obstreperis populi vocibus irritarentur, etiam si accensam in se iræ flammam non audebant exerere.

Neque enim illos censebant responso ullo dignos, quare illinc in alia oppida emigrarunt, nec dissimiles sunt editi ab obuijs strepitus vocum clamantium neminem se passuros praefici in sui exercitus ducem praeter unum Iosephum. Re igitur ubique infecta, illinc se Ionathæ comites recipiunt in Sepphorin ciuitatum quæ in Galilæa sunt, multò amplissimam. Porrò Sepphoritæ communi decreto quum ad Romanos proni respicerent, illis quidem obuiam venerunt, me autem nullis neque laude neque conuictio attigerunt. A Sepphoritis quum in Asochin descendissent, haud secus ac Iapheni aduersum eos querulis vocibus prestrepebant. Illi contrà non iam ferentes impotenteris iræ aculeum, imperabant qui fuij se

se comitabantur, militibus, ut arreptis rigillis lignisue cæderent sic obstrepere inclamantes aduersum se. Ioannes proinde tribus militum stipatus milibus, obuius illis venit proxime Gabara. Ego autem qui leta aliquantò priùs epistola intelligerem illos condicto aduersum me congressu manum esse conserturos, illinc à Chabalis promouens gradum vñacum tribus militum milibus ac relictō in castris amicorum uno qui etenus mihi fuerat fidei compertissimæ, in Iotapata perueni, ut qui cupere hanc longius quadraginta stadijs ab eis secedere. In hanc proinde formulam ad istos scribo: Si quidem rata sententia statuistis ad vos ut pergam, quadraginta superducetas sunt in Galilæa ciuitates et oppida: harum vnam ipsi deligit, et eo occurram vobis, exceptis modo Gabaris et Gischalis. Hæc enim patria est Ioanni, illa auxiliaris est et amica. His ex me acceptis literis complices Ionathæ nihil

nihil præterea rescribūt. Coacto enim in-
ter se amicorum concilio & ad id accito
Ioanne hi agitabat consilium, quonam pa-
cto in me coorirentur. Et quidem Ioanni
videbatur scribi oportere ad omnes quæ
in Galilæa essent, ciuitates & oppida. Ra-
tionem dicto addebat, esse omnino in vna-
quaq; ciuitatū vnū videlicet et alterū qui
ā me diuersi abirent. Illos esse ad se accer-
sendos tanq; aduersus hostem congressu-
ros. Decretum præterea eiusmodi censem-
bat transcriptum mitti debere in Hiero-
solymitarum ciuitatem, vt certius comper-
to me Galilæorum sententia iudicatum es-
se & haberi pro hoste, suo illi calculo san-
cirent decretū. Dicebat enim Ioannes vel
hoc pacto desertum me iri auxiliari ope
Galilæorum, quanticunque eatenus fu-
sent erga me beneuoli, nimirum illis timo-
re correptis, quæ ab Ioanne inter consultā-
dum dicta mirum in modum assessoribus
arriserunt. Hæc porro vniuersa mihi in-
notuerunt

moruerunt sub horam noctis tertiam. Sac-
chaeus enim eorum qui eiusmodi concilio
interfuerant, unus quum ad me transfu-
gisset et illorum aduersum me molitione
renunciasset: visum mihi est non iam cun-
stantius extrahendam esse occasionem sic
opportune oblatam. Dignum itaque du-
cens [occurrere tempestiu]s occasione ul-
tro se afferenti] iubeo Iacobum eorum mi-
litum qui me circunsistebant, fidei integri-
tate maxime insigne assumptis secum da-
centis militibus explorare et caurim ob-
seruare exitus viarum omnis à Gabaris
in Galilæam; utque ad me transmitteret
quoscunque comprehedisset prætereuntes,
eos in primis qui cum literis caperentur.
Hieremiam insuper et ipsum ex amicis
meis vna cum sexcentis militibus misi in
confinium Galilææ, qui summa cum cau-
tione obseruaret vias quæ à Galilæa in
Hierosolymitarū ciuitatē dirigunt, præ-
cepto etiam dato, ut iter illac facientes cō-
pre-

prehensoris cum literis, viros quidem in loco
vincitos iuberet haberi in custodia, literas
autem curaret ad me transmittendas. Hæc
quum præcepissesem eis quos à me aman-
daram, edixi cæteris eos adhortatus ut po-
stera die assumptis armis et apparatu tri-
duanæ alimoniae ad me venirent in oppi-
dum Gabaroth. Militibus proinde qui
me circunstebant, in quatuor aëies distri-
butis, eorum quosque probatissimæ fidei di-
gesſi in ordinem ad tutelarem corporis mei
custodiam. Centuriones quoque præfeci
militibus, ac iussi sedulò prouidere, ne quæ
ignotum militem fineret suo ordini mistim
ſe inferere. Altera autem die quum cir-
citer horam quintam propinquans Gaba-
roth, inuenio campum omnem qui ante op-
pidum late porrigitur, vndique militum
densa multitudine differtum, qui ex omni
Galilæa eò se stiterant in subsidium, sicuti
eis præceperam. Numerosa insuper et a-
lia turba è finitimiis oppidis eò concurre-
rat.

rat. Stans autem intermedium eorum, quū
vix cœpissim concionem apud eos habere,
et ecce acclamabant vniuersime suum
esse benefactorem, suæ regionis tutelarem
patronum vocabant. Illis quidem ego me
habere gratiam professus, decretum alio-
qui proponebam tale, aduersus neminem
obeundam pugnam, neu ea loca pergerent
diuexare rapinis: sed per campum castra
ut metarentur parabili viatico contenti.
In votis enim dicebam mihi esse eiusmodi
turbas suppressimere citra vlliis.cædem. Ipso
autem die contigit eos qui ab Ionatha cum
epistolis mittebantur, incidere in eoru[m]
 manus quos explorandis viatoribus præsti-
tueram. Et quidem viri in custodias loco-
rum coniecti sunt, ut iussi erant custodes:
literas autem quum legisset nulla non sui
parte blasphemis scatentes, et confictis
aduersum me mendacijs differtas, cui ex
me ne quis rescisceret. Tantum fuit, desti-
nabam animo aduersum eos profilire, et
impressio-

impressionem facere. Audito aduentu meo,
comites Ionathæ collectis in locum suis om-
nib⁹ asseclis, quib⁹ se permiscuerūt et Ioā-
nis sectatores, in vnum agglomerati se re-
ceperunt in domum Iesu. Ea enim domus ~~sæpius~~
sua amplitudine tam erat multorum capax,
vt arce quavis nihilo videretur sua
mole inferior. In eius igitur loco semotiore
et arcane velut per insidias posita militū
cohorte, occlusisque foribus reliquis præter
ianuam vnam quam me ingressurum spe-
rabant ad se de via venientem, ac salute
dicta in amplexus ruiturum: milites insu-
per hisce mandatis onerant, vt quum ad-
uenisset, cæteris prohibitis solum me sine-
rent ingredi. Hoc enim pacto arbitraban-
tur nullo negotio et ipso statim aditu me
reddituros sibi obnoxium et veluti man-
cipem. Atqui istorum spē non inscitè fru-
strat⁹ elusi. Ego enim qui præsenssem eo-
rum aduersum me adornatas insidias, eò
vt perueni è via, hospitatus è regione eorū
videri

videri illis cupiebam re ipsa obdormiscere.
Suspiciati igitur Ionathæ comites me reue-
ra interquiescere graui sopore depresso,
prono descensu mox ut in planiciem cam-
pestrem prouolarunt, tentabant iij magna
verborum contentionem ac suadendi studio
meos à me milites auocare, quasi qui socor-
diter supra'que modum supinè munia ob-
irem mei ducatus, quæ res in diuersum ac
sperarant, abiit illis. Nam eis vixdum cō-
spectis clamor exauditur à Galilæorū ca-
stris, testis planè nihil indignus beneullen-
tia qua erga me suum ducem toti flagra-
rent: dequerebantur contrà ac voces ede-
bāt increpatorias in Ionathæ comites, quip-
pe qui eatenus desedissent, nec quicquam
adūssent periculorum: tantum id præsti-
tissent, quia Rem publicam Galilæorū sur-
sum deorsum permiscuissent. Deniq; ad-
hortabantur, ut è Galilæa facesserent, se-
que quique reciperent domum. Neq; enim
passuros se traduci in eam sententiam, vt
me

me abrogato alter substitueretur in ducē.
His mihi renuntiatis , nihil cunctatus in
aream campi prodij eorū intermedius. Sa-
nè gradu volucri eò descendebam præge-
stiens audire quid Ionathæ dicerent comi-
tes. Vix in apricum theatrum prodieram,
et ecce faustæ omniū acclamations plau-
susque cum laudibus personabant confi-
tentium se gratiam meo habere ducatui.
His proinde auditis Ionathæ comites ve-
riti ne Galilæis aduersum se profilientibus
vllū adirent mortis discrimen gratiæ cau-
sa quam mihi se debere prædicabant , de-
stinabant animo se illinc præpete cursu p-
ripere . Quum autem intellexissent se
non posse alio quoquam facessere , quod ius-
sisset nequò abirent : illi prono vultu et
terram versus deiecto sic hærebant , ut di-
ceres emotione mentis percussos . Edicto in
omnem promulgato multitudinem , vt hu-
iusmodi acclamationum strepitu deinceps
abstineret , fidissimos quoque militum ob-
seruan-

seruandis itineribus præfeci, acri ut studio
aduigilarent, ne nobis imprudentibus ino-
pinam impressionem promoueret Ioannes.
Admonitis proinde Galileis ad sumenda
rursus arma ut se compararent, ne quid
turbarum conciretur in castris si quis for-
tè cooriretur repentinus hostium assultus,
omnium primum Ionathæ militibus memo-
riam refricabam epistolæ, cuius tenore scri-
psissent quemadmodum à Republicæ Hie-
rosolymitanæ cœtu missi essent dirimendæ
controversæ contentioni inter me et Ioan-
nem, quopacto ijdem me obsecrassent, ad
se ut venirem. His ordine enarratis, ipsa
quoque epistolam in medium protendi illis
spectandam, ne quid eorum quæ obijciebā,
inficiari possent, literis palam coarguen-
tibus eos & reuinentibus. Ionathæ insup-
dicebam: Vos cum collegis, si ab Ioanne in-
ius vocor, vitam ut meam vobis repræsen-
tem, duobus quibuslibet aut certè tribus in
medium productis testibus qui honesti sint

&c.

et inculpati: liquet quia prius necesse
vobis fuit inquirere in eorum vita, me interi
libero et exemplo ab intentatis crimini
bus. Ut igitur noueritis quam legitimè p-
functus sim officio strenui principis p Galilæam, tres quidem haudquaquam suffi-
cere reor, qui, quam probè vixerim, suo cō-
probent elogio, quare hos ecce omnes offero
vobis. Ab his sciscitemini, quam hacten⁹
tenuerim viuendi formulam. Num cum
omni honestate, sanctimonia atque autho-
ritate hic sim conuersatus. Eoq; vos, o Galilæi, adiuro, nequid eorum quæ vera sunt,
tegatis silentio, imò omni cum libertate ip-
si dicite in horum tanquam iudicium con-
spectu, si quid minus recte peractum à me
sit. Hæc vixdum pronunciaram, et ecce
voces in commune ab omnib⁹ redditæ sunt,
qui me suum vocarent benefactorem, suæ
regionis celebrarent seruatorem, qui rata
legitima quæ censerent suo testimonio quæ
à me essent peracta: denique nihil secius

ut pergerem, facere adhortabatur. Omnes rursus iure iurando confirmabant suas uxores nullius contumeliae aut probri notam per me incurrisse, nemini vñquam præbuisse me occasionem legitimam tristitiae aut mæroris. Hoc mihi ab omnibus reddito e-logio, epistolas duas à socijs Ionathæ missas quas à me constituti exploratores interceptas ad me miserant, altrouersum ac vicissim legebam audientibus Galilæis: p-quam plenas blasphemij, pudendis insup et aduersum me confictis mendacijs, ceu est illud, quia aduersum subditos tyran-nide potius vterer, q̄ ea quæ ducatum hūc deceret clemētia ac lenitate: pleraq; insup alia inscripta erant, illis nihil omittentib⁹ quæ impudentissimus quisque mentiendi artifex queat comminisci. Dicebam autē apud multitudinē me eiusmodi literas accepisse ab earū gerulis, qui nihil inuiti eas mihidēdissent. Non enim volebā aduer-sarios resciscere, quæ circa custodias via-rum

rum gererentur, ne timore correpti sibi im-
posterum temperarent à scribendis literis.
*H*is auditis multitudo animis exasperata
gestiebat incursionem facere in Ionathan
et eos qui illi aderant comites, quasi illos
discerpturn. id quod fecissent Galilæi, ni-
si eos quidem ipse sedasse, et iræ im-
posuisse modum. Socijs porrò Ionathæ
dicebam me eorum indulgere veniam quæ
eatenus aduersum me gessissent, si modò
resipiscerent, et profecti in patriam, his à
quibus erant missi, dicerent quæ comperis-
sent vera, quo nimirum pacto concreditā
mihi Rempublicam administrarim. His
dictis dimittebam eos, etiam si non me clā
esse eorum quæ pollicebantur, nihil esse fa-
cturos. Rursus multitudo aduersum illos
ira atrociore flagrabat et redacebatur,
meque obsecrabant, permittere de istis
qui tam indigna moliti esset, meritas exi-
gi pœnas. In omnes omnino formas me ver-
tebam, quò eis persuaderem, illorum ut mi-

gij sere-

sererentur. Probè enim noueram seditionē omnem perniciosa m̄ esse, & communi vtilitari exitialem. At qui quum nullis iam verbis ira exasperatae multitudinis flecti posset, quippe qui infensis animis prouolabant omnes ad domum in qua hospitabantur socij Ionathæ: ego qui viderem eò promotam iram, & ad experendam vltionē, populi alacritatem, vt nullis iam coerceri posset verbis, saltu equo inscenso iussi, me vt omnes sequerentur adusque Sogane oppidum ab Arabia disparatum stadijs viginti. Hoc strategemate sum usus, occa sione se mihi offerente, vt ne videri possem prior conciuisse bellum intestinum, nempe aduersus contribules. Factus dein propior Soganeis, stiti illic multitudinem apud eam concionaturus: & admonitione non intem pestiua usus, docebam non conuenisse illis, vt se sinerent sic pronos ferri in præcipitu iræ, præsertim tanta cum animi acrimonia, nec sumendam de hoste eiusmodi vltionem,

tionē, cui deinceps nulla possit sperari me-
dela. Iubeo per hæc centum ē multitudine
deligi, qui ad iustum & virilem staturā
adoleuissent, essentque inter primi nominis
viros, seque adornarent tanquam mox p-
fecturi Hierusalem: & ut apud populū
dicturi dequererentur aduersum eos qui
regionem suam solicitarent ad seditionē,
imò iam perpulissent. Addeba his: Quod
si eos contigerit vestris sermonibus flecti
ad misericordiam, adhortemini cætum po-
puli præterea ad me ut scribāt suo decreto
iubentes, ut in ditione perseverem toti⁹ Ga-
lilææ pro potestate agens, comites autē Io-
nathæ illinc ut excedant. Datis hisce man-
datis, illisq; circa villam cunctationem in-
structis, tertio post habitam concionem die
missionem militum feci, vna cum eis amā-
datis armatorum militū quingetis viris.
Scripsi autem & his quos in Samaria ha-
bebam fœdere amicitia mihi iunctissimos,
sua ut prouidentia his quos mittebam ci-

g iij tra

extra vitæ discriminem tutam foret profectio.
 Prius enim aliquantò Samaria in ditione
 venerat Romanorum. Et quidem necesse
 erat prorsus illac iter transmittere eos qui
^{inseritum}
^{rectum}
^{ora.} profectionis suæ compendia quererent. Sic
 enim triduo liceat confidere iter è Galilæa
 in regionem Hierosolymorum. Emisi præ-
 terea cum eis qui eiusmodi legationem ob-
 irent, aliquot ad fines usque Galilæa quos
 præfeceram explorandis vijs, ut ne quis
 aduersariorum internasse posset et condic-
 cere quos emiseram. Hac quum peregrissè,
 nonnihil moræ contraxi in Iaphis. Comites
 autem Ionachæ quum intelligerent aber-
 rasse se à scopo prætentæ aduersum me co-
 spirationis, Ioannem quidem fuerunt abi-
 re Gischala: ipsi autem in Tiberiensium ci-
 uitatem se receperunt, sperantes captam
 eam sub manus suas submissuros. Iesus e-
 nim illorum sunc temporis primarius scri-
 pserat literas quibus pollicebatur persua-
 surum se populo, ut venientes exciperet, et
 in

in eorum partes transfiret ultroneus. Illi quidem inescati hac spe atque inuitati eō abierrunt. Hac fane literis ad me datis renūcianuit Silas, quem, cœn dixi, dereliqueram procuratorem Tiberiadis. Is impensè rogabat, festinus ut iter arriperem. Ego proinde illius votis obsecutus, dū aduenio præpete cursu, in periculum exitialis lœti sum deuolutus, tali ex causa. Ionathæ comites Tiberiade hospitati, quum plerisque Tiberiensium persuasisserent à me ut deficeret: et hi quidem non obscuri erant, sed ciuitatis optimates, qui audito meo ad se aduentu, ob ea quæ admiserat, male sibi mententes venerunt ad me, susque complexu me prædicabant beatum, qui sic me gererem circa prouidentiā administrationem ve Galilææ. Dicebant magnopere collehari se et applaudere mihi tanto honore affecto. Suum enim decus atque ornamen- tum facebantur meam esse gloriam, perinde atque honor doctorum et in ciues cor-

g iiii riua-

ruatur. Amicitiam insuper erga ipsos
meam, quam Ioannis iustiorum esse iacti-
tabant. Studio præterea sibi esse, ut festi-
nato concederet domum, se alioqui ad ex-
tremum perseveraturos donec sub manus
meas mutterent Ioannem. Sua hæc verba
confirmabant multiplici iureurando qua
apud nos sunt omnium maxime formida-
bilia, plurimunaque vel audientibus terro-
ris incutiunt, quibus iuramentis non com-
modare fidem, censebam esse nefarium. eo-
que obtestabantur alio in loco mihi deli-
gerem hospitium, quod in crastinū ei⁹ diei
sabbatum incidet. Dicebant enim non
oporeere militum strepitu inturbari Ti-
beriensium ciuitatem. Ego sanè null⁹ ma-
li suspicax illinc contendit Taricheas, reli-
ctis alioqui in cimicata, qui partium mea-
rum satagerent, ac sciscitarentur si quid
diceretur aduersum nos. Per omnem viam
qua à Taricheis Tiberiadem recta con-
tendit, curam hanc delegauī permultis qui

ea

ea mihi per mutuas operas significaret quæ
contingereret audire per eos quos ad id obe-
undum muneris reliqueram in ciuitate. Po-
stera igitur luce cætus ciuium omnis cogi-
tur ad orationem. Amplissima domus est
et numerosæ plebis capax. Ingressus autem
Ionathas, palam quidem minime audebat
de defectione habere verbum: ait tamè ne-
cessarium ciuitati esse ducem qui me esset
præstantior. Iesus vero ciuitatis primari^o,
citra villam dissimulationem palamque o-
mnibus adiecit: Præstiterit, ô ciues, obse-
cundare nos viris quatuor quam vni, qui
et generis splendore sunt illustres, nec re-
rum solerti peritia inglorij: quibus verbis
subindicabat collegas Ionathæ. Iustus in
mediam plebem ut prodijt, commendabat
quæ Iesus dixisset, quo dicto nonnullos è ple-
be in suam pellexit sententiam, multitudi-
ni tamè adeo non arridebat dicta eiusmodi,
ut res abitura omnino fuerit in seditione,
nisi sexta hora superueniens dissoluisset cœ-
tum,

cum, in qua quidem hora solenne est nobis
 ac legitimum sumere prandium sabbatis.
 Sicque Ionathæ comites in crastinum sab-
 bati extracto concilio, re infecta abierunt.
 His proinde mihi accrutum renuciatis, de-
 creui ut sub matutinam horam appellerer
 ciuitati Tiberiensium, maturare gradum:
 et ecce circa eam horam illo adueni à Ta-
 richeis. Deprehendo autem populum ali-
 quanto prius ad orationem collectū. Quā-
 obrem ille cœtus in vnum effet conflat⁹, qui
 erant adunati ne norant quidem. Compli-
 ces autem Ionathæ præser omnem suam
 spem, præsentem me conspicati dici vix po-
 test, quanta intemperie animorum agita-
 rentur. At interim secum communis cun-
 tur quam mihi redderent rationem illius
 coacti conuentus, nempe hanc: quia Ro-
 mani equites visi essent in confinio amicar-
 tis, stadijs nimirum triginta abiucti seculis
 eum locum qui Homonæa dicitur. Et qui-
 dem hæc quum respondissent, quib⁹ me clā-
σύνδροια,
concor-
dia.
 petebant

petebant per dolū detorta interpretatione,
 Ionathæ socij adhortabantur ne parui du-
 cerem terram eorum exponi prædae per ho-
 stium incursionem. Dicebant autem hæc
 ea mentis destinatione, ut prætextu vrgē-
 tis ac festinatò ferendi auxiliū quum à ci-
 uitate semotiūs allegassent me, ipsi interi
 eam sua molitione mihi infestam redderet
 et hostiliter aduersam. Ego proinde tam-
 et si essem probè conscius veteratoriæ illorū
 aduersum me cōmentationis, parui tamen.
 Hanc ego gloriā minimè censuerim ascri-
 bi debere Tiberiensibus, quippe qui impru-
 dentes futuri euentus in tempore non pro-
 spexerint suæ vrbi tuendæ. Exiui igitur, et
 ad locum ut perueni quum inquisitione de
 hostibus habita, ne vestigium quidem ullū
 hostilis excursionis deprehēdere, haud cū-
 Et anter viam priorem remetiens reuertor
 Tiberiadem, ecce in vnum confluxisse
 omne concilium inuenio, turbamque vulgi
 promiscuam, simul et complices Ionathæ
 aduer-

οὐενος, le-
 go, προ-
 νοσηνοις.

aduersum me opposentes non contemnen-
dam criminum obiectionem , tanquam is-
sim qui nihil quidem haberem pensi leui
eis reddere bellum impendens , vitam au-
tem inter delicias ipse traducerem potius ,
Inter haec pferunt in primis epistolas qua-
tuor , hoc schemate excogitato , quasi ea
scriptæ ab his essent qui diuersarentur in
confinio Galilææ ad eos , deprecātibus qui-
dem illos ad se ut venirent suppetias latu-
ri , quando robur Romanorum equitum pa-
riter ac peditum nunciaretur in tertium
diem affcurum , ac proinde expositum tri-
prædæ ipsorum regionē , eoq; precaretur ma-
turius ut occurreret periculo:ne desiderea-
neu per socordiam aut contemptim trans-
mitteret . Tiberienses his auditis illos rati-
vera dicere , aduersum me clamores ede-
bant , dicentes non iam mihi desidendum
esse in ocio , sed ad opem ferendam suæ gēti
finitimis abeundum . Ego qui intelligerem
quò pertenderet eiusmodi excogitatum ar-
tificiū ,

tificium, quid ve molirentur Ionathæ complices, ad hæc respondi, me quidem propiore studio esse pariturum, pollicitus etiam citra cunctationem ullam profecturū ad bellum. Cæterum quando literæ significabant Romanos è locis quatuor arma promouisse aduersus Galilæam, eamque oppugnare, consilium id erat meum, ut robore totius exercitus in acies quinq; dispertito, vnicuilibet earum præficerent collegas Ionathæ & eius socios. Decere enim viros confirmabam qui strenui sint ac probi, non consulere modo, sed & opere ipso cæteris præire ad ferendam opem, si qua postulet urgeat ve necessitas. Ego enim præterquam vni non possem præesse dux. Vix credibile quam placuerit multitudini meum hoc cōsillum. Sanè hoc dicto urgebant eos egredi ad bellum: illi contrà dissidentaneis sententiis sese collidebant confusius, quod quæ præco-gitarant, explere opere minus possent, me uno vniuersis eorum machinis reluctante.

Horum

Horum proinde unus quidam Ananias nomine, vir plane malignus ac malorū artifex, suadebat ut in crastinum ab uniuerso populo ieiunium Deo offerretur, eadēq; hora iussit eundem in locum conuenire sed inermes, palam facturos, quia quanticūq; auxiliari ope Dei perfruuntur, tales censent omne armorum genus inutile. Hac illi dicebantur, non studio tuendae pietatis, potius ut Ionathæ complices me, meosq; inermes abriperent. Iamque ob ingruētem necessitatem ibam huic consilio gestum more, ne viderer id aspernatus documentū quod vel umbrā praetexeret pietatis. Postquam igitur nos recepimus domum, Ionathæ comites scribunt Ioanni, adhortantes eum, ut sub crastinum diluculum ad se cū aliquā multis multibus veniret, si id tamen comodè posset. Ita enim fore, ut nullo negotio in eius manus deuolueret: suamq; omnem operam pollicebatur, qua fieret ut compos abiret voti. Accepta ille epistola se comparabat

parabat ad ea quæ iubebatur. Ego autem postera die ex eis q̄ tutelari corporis prærānt custodiae, duos vt virili fortitudine exploratissimos, ita & integritate fidei maximè constantes iubeo sicutis sub vestium integmento reconditis accingi, meque quoquò irem, & comitarentur et viam præmunirent, vt si qua fieret aduersum me impressio ab inimicis, ipsi nos vlcisceremur. Thoracem præterea ipse accepi, & gladio succinxi me sic vt nulli essent p̄spicua: denique ad orationis locum veni. Eos autē qui me comitabantur omnes excludi loci aditu præcepit Iesus ciuitatis primarius, eam enim ob rem institerat foribus: me autem solum cum aliquot ex amicis ingredi siuit. Iamque nobis ritus legitimos exoluētibus, & ad orationes conuersis proximè adsistens Iesus, sciscitabatur ex me de tota supellectile quæ ex incendio aulæ regalis seruata fuerat, deque argento infecto nec signato, et apud quem essent deposita.

Hæc

Hæc eò dicebat, ut tempus extraheret tā
risper dum aduenisset Ioannes. Respondi
nihil non omnium deposuisse me apud Ca
pellā decemq; optimates Tiberiensū. Ex il
lis tu percunētare, num mētiar. Illis apud
se esse deposita omnia asseuerantibus, Iesu
subiecit: Illi aurei viginti infecti quidē nec
signati quos distracto quodam diuersorio
accepisti, in quem abiere vsum? Et hos re
spondi dedisse me legatis quos amandas

Attend
improbā
maligni
tatem Hierosolymam, in viaticū. Ad hæc sub
iiciunt complices Ionathæ, non rectè à me
factum, qui ex ære publico dederim lega
tis mercedem. Ob hæc adfidentis populi
multitudo promota ad iram est & exaspe
rata, quippe quæ vel tandem dilucide p̄spī
ceret illorum erga me malignitatem. Ego
proinde qui inielligerem mox ciendam &
redaccendam seditionem, cupiens po
pulum aduersus sic malitiosos tanto irri
tare acriùs, subtexui: Quin si censetis mi
nus rectè à me factum qui legatis vestris
dederim

dederim mercedem è communī arario: vel
nūc demum definite mihi facessere istius-
modi molestias, neu acris obiurgemini.
Ipse enim rependam aureos viginti. Hoc
dicto Ionathæ socij concicuerunt quidem,
at populus tātō acrioribus irā aculeis ad-
uersus illos exsimul abatur, quod illi iniu-
stam adeò eū sic evidentem nullique non
manifestariam exponerent suā aduersum
me malignitatem. Iesu autem quum vi-
deret rem q̄ sperasset, in diuersum abiisse:
populum quidem iussit secedere, eos autem
qui sui essent consiliū complices, pressius vo-
luit secum retinere. Addebat enim nullā
fieri posse de rebus eiusmodi quæstionem i-
doneam inter sic obstreperē tumultuantes.
In clamante autem populo se neutiquā a-
pud eos relicturum esse me solitarium, ac-
cessit unus aliquis è comitibus Iesu clām
nunciās Ioannem cum armatis propinquū
fieri. Audito mox nuncio eiusmodi, colle-
gæ Ionathæ noniam sibi temperabāt. Cre-
h diderim

diderim contigisse id prouidentia numinis
clemenser prospicientis mea vnius saluci.
Nisi enim machine eiusmodi ralem essent
sortita exitum, prorsus intercepimus me Ioa-
nes, dura morte confradiisset. Ait tū Io-
nathas: Ab hac quæstione auterorum vi-
ginti vel nunc vobis temperare, ô Tiberi-
ses. Neque enim iustum censeo Iosephum
addicisci ob cantillam pecuniae summa,
sed q[uod] improbando omnibus ambitu hanc
cepsit antidem occupavit, principatumq[ue]
abrinet in Galilæos omnes quos sermonis
sui lenocinio infestauit atq[ue] demulxit. Hac
illa dicente, qui eum circunsistebant simul
dicto manib[us] in me coniectis pro virili ad-
miserabantur ut occidione occiderent. Qui
porro à me stabant, vt viderunt tantu[m] isti
moliminis aduersum me indignitatem, ex-
erris gladijs si quam mihi intulissent vim,
interminabantur se illos referituros. Quin
et circumstant populus sibi congerens la-
pides, iamque ad eorum ejaculationem in

Ionathan prægestiens e[st] alacer, eripuit
 me nequa mihi vis afferretur ab hostibus.
Quum via aliquantū processissem iamq[ue]
 forem occursum Ioanni circunstipato cō-
 militio haud aspernabili, decessi de via vi-
 tabundus quidem, e[st] illius timore nō me-
 diocri correptus: per quendam vero ang-
 portum ē vestigio me ad mare proripiens
 ex impendente periculo sum seruatus e[st]
 nauigio exceptus, eo[rum]que incunctanter inscē-
 so traciei Taricheas vitato præter omniū
 spem tanto discrimine. Simul atque eo per-
 ueni, acciri ad me iubeo primates gentis to-
 tius Galilææ, quibus coram positis edissero
 modum quonam præter æquitatē initi me-
 cum fæderis essem proditus per complices
 Ionathæ e[st] Tiberienses, remque, ut erat
 circa Tiberienses, iridico, vt[er]que tantum nō
 atrociter p[ro]remptus illorum malignitate.
 Auditæ hac facti indignitate, Galilæorū
 multitudo peracri ira aduersus perfidos
 exasperata, effictim rogabant, vt ne iam

hij extra-

τόκον λε-
γε τρόπον

extraherem tempus inferendi sic perfidis
belli, sed permitterem ut aduersus Ioannē
& collegas Ionathę profecti, ipsos ad vnū
è medio hominū conspectu auferrent. Istorum
alioqui propensam alacritatem cohibebam
ego, quantalibet ira infensi aduersus illos perstreperent ac ringerentur. Hor
tabar eos, mecum ut durarent: tanti per
dum rescisceremus, quid renunciarent le
gati quos amandasssemus in Hierosoly
mitarum ciuitatem. Pro illorum enim sen
tentia dicebam quæ iusta viderentur, cū
&ta fieri debere eis. His dictis, in meā ve
nere sententiam. Sanè Ioannes quum pla
nè intelligeret, quæ fuerat per insidias ad
uersum me præmolitus, inefficacem sortiri
exitum, nihil cunctatus repetiuit Gischa
la. Post non multos item dies quam adue
nisssemus, rursum amandauiimus alios qui
& renunciarunt populum Hierosolymitanum peracri ira extimulatum aduersus
familiares Anani & Simonis filij Ga
malie-

malielis quod inscia communitate Reipublicæ Hierosolymitanæ missi esset, qui sua molitione procurarent, ut ducatu excideret Galilææ. Quin et his addebat legati, quod populus eō usque in iram præceps ferebatur, ut eorum aedes propemodum tradiderit incendio. Adferebant insuper literas, quarum tenore Hierosolymitarū proceres sancibant, mihiique asserebant Galilææ principatum precibus multis vniuerso obsecrante populo. Ionathæ præterea cōplibus edicebant, in suam quique domū quam ocyssimè se ut reciperent. Lectis igitur hisce epistolis, in Arbela oppidum cōcessi, quod loci coacta Synodo Galilæorum, inter ea comitia legatis iussi ut enarraret quanta iræ acrimonia, quanto ve odio populus Hierosolymitanus sit auersat⁹ collegas Ionathæ auditis flagitijs quæ designassent aduersum me. Rursus, ut exponerent quemadmodum illi suis in communione suffragijs ratam mibi fecissent præfēb h iij Etu-

eturam regionis ipsorum, quæ ite scripsis-
sent Ionathæ socijs edicentes illos ocyssimè
egredi Galilæam, ad quos ipse è vestigio
curani transmittendam epistolam, dato
prius gerulo epistolæ istiusmodi mandato,
ut quanta posset maxima sedulitate, ex-
ploraret quid essent facturi. Illi igitur ac-
cepta epistola, non leuibus intemperijs a-
gitari, Ioannem ad se accersiunt, eosq; Ti-
beriensum qui à sanctiore essent concilio,
neque non proceres Gabarorum. Coacto
igitur eiusmodi concilio rem omnem vti ha-
bebat, proponant in medium, hortantes eos
ut collatis sententijs disquirerent quid sibi
faciendum foret. Tiberiensibus videbatur
rationi magis consentaneum, ut semel su-
sceptiant Reipublicæ administrationē mor-
dicus tuerentur. Censebant enim non opor-
tere ciuitatem semel illis permissam in tam
deserere periculo, præsertim quum in eos
præfecturam non iam ipse esset recep-
tus. Quod me tum auersarentur, plane co-

tigit

igit ex illorum mendacib^o imposturis, qui
 commenti essent me, illis pœnas intermina-
 rum. Ioannes non ob hæc modò erat gratio-
 sus: sed quòd consuleret, vt ex eis duo ad
 populum Hierosolymitanum pergeret pa-
 lam me traducturi & inusturi notam so-
 cordiae, quasi qui R^epublicam Galilææ
 minus rectè administrarem. Et quidem di-
 cebat eos nullo negocio persuasuros, cum ob
 dignitatem & authoritatem, cum quòd
 vulgus omne varium & mutabile semper
 sit. Ioannes igitur quum visus esset senten-
 tiam intulisse longè optimam, cōmuni de-
 creto placuit mitti duos quidem adituros
 Hierosolymitas, Ionathan & Arianiā,
 relictis interim Tiberiade duobus collegis
 alijs. E suis autem militibus ad corporum
 tutelam se legerunt armatos centum. At
 Tiberiensēs mœnia quidem præcogitarat
 tutiora reddere & ea communire, incolis
 interim iussis resumere arma. Et ab Ioan-
 nē quidem accersierunt ad se non paucos
 huij mi-

ēvteστως
 lego iv-
 τεαπολως
 siue ēvseχ
 eōs.

milites sibi auxilio futuros, si quando eis
opus foret aduersum me. Tum enim Ioan-
ues Gischalis erat. Comites igitur Ionathæ
quum è Tiberiade soluissent, simul atque
venerunt in Darabitta oppidum in extre-
mis finibus Galilææ situm in campo ma-
gno, circa medium noctem in manus inci-
dunt custodum meorum, qui iussos arma-
ponere astrinxerunt vinculis in loci custo-
dia, sicuti præceperam eis. Hoc ipsum si-
gnificauit mihi per literas Leuis cui ei⁹ cu-
stodiæ obeunda munus concrediderā. Bi-
duo autem post exacto, dissimulans me ni-
hil resciuisse eorū quæ gesta essent, et mis-
so ad Tiberienses nuncio, consulebā ut po-
sitis armis sinerent homines abire in suam
quemq; domū. Opinabantur autē illi iam p-
uenisse Hierusalē Ionathæ comites, quare
responsis me onerarunt plenis blasphemias.
His ego nihil cōsternat⁹ mecum cœpi cogita-
re quoniam genere strategematis illorum
præfractam superbiam elidere. Nam ad-
uersus

uersus ciues bellum redaccendere, parum
 rebar esse pium. Cupiens tamen à ciuitate
 Tiberiensium illos profligatæ vitæ milites
 auellere, delectis decem milibus q̄ præ-
 stantissimorum militum, eos digessi in tres
 acies. Et quidem eos iussi in penetralibus
 domorum omnibus clām ac veluti positis
 insidijs expectare temporis articulū. Mil-
 le porrò in alterum introduxi oppidū per-
^{in Nōphale}
 aquē, montanum quidem, sed à Tiberia-
 de dissum stadijs quatuor. proposito illis
 edicto, ut è monte confestim descenderent
 signo accepto. Sub hæc. mox egressus oppi-
 dum, in præuiso mihi ac destinato loco fi-
 gebam castra. Tiberienses autem illi
 me conspecto, continentem aduersum nos
 excursionem ciebāt, nimisquā multa ma-
 ledicentia nos incessentes. Tanta quippe
 eos occupabat desipientia, ut lectica mili-
 tari decorè constrata & in nostro omniū
 prospectu posita, eam circumstantes lugu-
 bres & querulas voces ederent, ludicrum
 quid

κατεχεται
τοποῦ.

quid puerile præferentes & rifiuexcipiēdum. Ego autem perspecta istorum demēria, animoq; suauissimè afficiebar: quumq; cordi insedisset antecapere Simonē ex infiduis & cum ipso Iozarum, missō ad eos nuncio obsecrabam ad nos ut venirent aliquando a ciuitate semotius, assumptis secum amicis & aliquam multis qui essent tuendis corporibus idonei. Statuisse enim me dicebam, ut quum ad eos descēdissim, oratione fædere inter nos initio illis principatu cedere Galilæa. Atqui Simon per imprudentiā & spe inescatus promissi compendij, & proinde ē via rectitudinis abductus, nihil cunctq; ad me venit: Iozarus autem suspicatus infidias, moram texens hærebat fixius. Sane quum ascendisset Simon cum amicis qui eum obseruarent, obuium multa cum comitare et prebens a dextra sum dignat' osculo, professus me illi habere haud vulgarem gratiam qui ad nos ascenderit, quo cum non ita drie ambulans innuebam velle

velle me ei seorsim quiddam dicere ac se-
motis arbitris. Post ubi ab amicis eum se-
motius abduxerat, illum inferens medium tra-
didi amicis meis, in oppidum ut abriperet.
Militibus autem iussis descendere, compa-
rabam me ut cum eis oppugnarem Tibe-
riadem. Pugna autem illa depugnata v-
trinque est tanta virium cōtentione, ut pa-
rum absuerit, quin victoria sint potiti Tibe-
rienses. Milites enim mei iam quæsierat
fugæ præsidia. Rem ut erat, videns et ad-
hortatus eos qui me pressius comitabantur,
victores prius Tiberienses in ciuitate vñq;
persecutus sum. Rursus altero exercit° mei
robore à parte maris immisso vrbi, iussi ut
quam omnium ædium primam occupas-
sent, traderent incendio, quo facto Tibe-
rienses rati ciuitatem suam omni ex parte
in manus meas venisse, territi à se arma
abijciunt, cumque vxoribus ac liberis sup-
plices obtestabantur, ut illorum misertus
parcerem ciuitati. Ego autem illorum sup-
plici

plici deprecatione præmolitus animo, ab
omni prorsus violenta impressione cohibe-
bam milites. Cumque nos vespera occupas-
set, vna cum militibꝫ reuersus ab urbis ob-
sidione nonnihil curæ indulsi corpori refi-
ciundo. Accito autem ad conuiuum Si-
mone pro his quæ gesta essent, mærentē con-
solabar. Pollicebar insuper me dato libe-
rali commeatu, publica etiam fide esse illū
emissurum honorifice Hierusalem. Poste-
ra vero die armatorum milibus decem sti-
patus veni Tiberiadem, et optimatibus
totius populi ad stadium vnum accitis, ius-
si euulgare eorum nomina qui fuissent de-
fectionis istius authores. Quumque indi-
cassent viros, vinctos quidem illos emisi in
Iotapatan ciuitatem: complices autem Io-
nathæ et Anania vinculis solutos da-
toque commeatu vna cum Simone et Ioa-
zaro ac militibus quingentis qui eos circu-
spectim obseruarent, remisi Hierusalem.
Tiberienses rursus quū me adiissent ut eis
ignor-

ignoscerem, obsecabant pro his quæ in me
designarant, polliciti se in posterum emen-
daturos quæ perperam admisissent, et er-
ga me futuros fide constantiores. Supplica-
bant rursus, ipse ut iuberem quæ per mili-
tum rapinam extorta superessent, et sal-
ua restitui his qui perdiderant. His ego
annues iubebam, ut quicquid extorssent
per rapinam, in medium campi proferreret
aream. Militibus aliquandiu edicto male
morigeris, vnum aliquem conspicatus eoru[m]
qui me circunsistebant, stola solito splendi-
diore indutum, id vnde haberet, rogabam.
Is quum respondisset, Ex rapina ciuitatis:
iussi, ut plagis vapularet. Cæteris præter-
ea omnibus interminatus sum inflicturum
esse me pœnam tanto atrociorem, ni quæ-
cunque per rapinam extorssent, in a-
pertam afferrent campi planiciem. Mul-
tis itaque in vnum aggrestis, quod quisque
Tiberiensium suum esse agnouisset, incolu-
me reddidi. Iam verò mihi ad hunc nar-
rationis

rationis locum proiecto dicendum occurrit aduersus ipsum etiam Iustum qui historicum sc̄e de rebus commentationem quandam scripto prodidit, aduersus alios item aliquot, qui historiam quidem hanc scribere se profitentur, veritatem vero historiae contemptim transmittunt, & per inimicitias aut certe ad aucupandam gratiam quālibet, minutula nihil verentur vel præterire indicta vel conflictis mendacis inuolueret. Hi enim simile quiddam admittere mihi videntur istis qui de commercijs siue contractibus commentitias literas compnunt. Nam quia nullam verentur sibi interrogari pœnam conflictæ narrationis, veritatem contemnunt historiae. Iustus igitur commentarios qui de hisce rebus sunt, hoc quoque bellum conscribere aggressus, quod videri posset solerti fuisse ingenio & tolleranti laborum, aduersum me falso permulta commentus est. Quidni id fecisset? Ne de patria quidem sua vera ut diceret sibi permisit.

permisit. Id vnde liquet? Quod tandem eò
perpellor ut respondeam tot oppressus falso
confictis mendacijs, quæ hactenus suppres-
seram, commemorabo. Nec est quod quis
miretur, cur in hodiernum usque diem ho-
rum explicationem extraxerim. Ei enim q
perscribit historiam, necessarium prorsus
ut certò compertam veritatem enarreret. Li-
cet interim coarguere profligatam ac per-
ditam malignitatem quorundam impro-
borum, id modo fiat citra omnem amaru-
lentiam, non item ut gratiam tibi cœciles,
quod in illos distinxeris calamum, magis
vero ut ad modestiam et moderatam mo-
rum temperiem eosdem reuoces. Quo igit-
tur pacto id te speras facturum? nimurum
ut cum eo ceu præsenti loquar: Iuste histo-
ricorum eloquentissime (hanc enim unam
uni tibi in soletius arrogas nomenclaturā.)
tun' ausis tandem et me ex Galileos scri-
bere patriæ tuæ authores fuisse conciendæ
seditioni aduersum Romanos ac Regem?

Veritas
prima lex
historia.

Prius

Prius enim quam communibus Hierosolymitarum suffragio sciscerer Dux Galilee, tu cuique ad unum Tiberienses non ad armam modo sumenda utruncumque pugnasti, sed et cunctos decem que in Syria sunt, oppugnabatis. Tu quippe eundem urbium viros incendio tradidisti. Quin tuus ille facturus in ea concidire esse. Absit, solus haec tibi obijciam. Eadem enim & in commettariis scripta leguntur Imperatoris Vespasiani, puta quemadmodum aduersum te, Vespasianum Ptolemaide agentem querulis vocibus interpellabant illarum decepitatum incolae te unum depositentes, cœrentanti mali authorem, ad luendam pœnam, quam utique sustinuissest uti iusserat Vespasianus, ni rex Agrippas accepta potestate te interimendi, fatigatus tandem crebris precibus suæ sororis Berenices te non occidit quidem, sed astrictum loris diu iussit in carceris ergastulo seruari. Planè haec qua tibi fuerint velut viuendi tyrocinium

ac primaria institutio, nihil obscure declarant cuiusmodi fuerit vitæ exitus. Quod enim à Romanorum ditione te authore patria defecerit, paulò post luculentis explicabo argumentis. Et quidem tui vnius causa aduersus reliquos Tiberienses dicere velim nonnihil ac repræsentare lecturis historias, quia neque Romanorum, neque Regis amantes aliquando fuitis maximæ licet ciuitatum quæ in Galilæa sunt, Sepphoris & Tiberias quæ tibi patria est, ô Iuste. Iā quidem Sepphoris quum in meditullio sit sita Galilæa, circumque se habens oppida non pauca, leui ex causa poterat, siquidem voluisse, aduersus Romanos nonnihil audere. At qui ea quum probè nosset suæ immanendum esse erga dominos fidei, etiam me nihil addubitauit abarcere suæ ingressu ciuitatis. Nec his contenta cavit edicto, ne quis ciuum stipendia mereret Iudeorū nomine. Quo igitur pacto quum sic indigna aduersum nos admitteret, publica fide

i poterat

Ex colla-
tione ar-
guit Tibe-
rienium
perfidiam

poterat esse tuta? Sed et illi adhortati ciuitatem ut communirem, quid proinde cōsequutum? spem meam omnem eluserunt.

Nam à Cestio Gallo qui legionibus Romanorum ad tutelā Syriae constitutis praesidebat, impetratam militum custodiā ultonei ad miserunt, me contempto, qui tam haud contemnendas vires obtinebā, erāq; omnibus terrori. Circunfessis in gyro item his qui in amplissima ciuitate Hierusalē conludebantur, temploque Iudeorum omnium cōmuni periclitante ne in manus devolueretur hostium, isti ne tantillum quidē auxiliaris subsidij miserunt, q; videri nolent arma sumpsisse aduersus Romanos.

E diuerso Tiberias quæ tua est patria,

Desta: Inste, in Genesaretide lacu posita, ab Hippo Ga-
lilææ le- po quidem triginta stadijs distata, à Ga-
ge AEge daris autem sexaginta, à Scythopoli verò
sippū lib. 3. cap. 26. viginti supra centum quæ paret imperio,
quum ne vna quidē adiaceat ciuitas quæ
sit Iudaicæ ditionis, si voluisset erga Ro-

manos

manus fidem tueri suam, utique poterat
 nullo suo negotio. Etenim siue ciuitate ip-
 sam siue vulgus promiscuum spectes, ar-
 morum exuberabatis copia. Temere igitur <sup>Pro n̄t̄ et
ōr̄, lego</sup>
 tu astruis me tum fuisse seditionis authore. ^{n̄t̄ & n̄t̄}
 Eorum autem quae post consecuta sunt, au-
 thor quis o Iuste? Neque enim nescis me in
 Romanorum ditionem esse retractum an-
 te obsidionem Hierosolymæ ciuitatis, Io-
 tapatis à fundamento excisis, quo tempore
 pleraq; alia oppida numerosusq; populus
 Galilæorum per eam pugnam concidere.
 Sanè tum conueniebat, ut excusso à vobis
 timore omni mei vnius, armisque abiectis
 iretis tum laturi suppetias quum Regi, tū
 Romanis, quando non voluntarij quidem
 sed adacti necessitate ad bellum aduersus
 eos procurristis. Vos enim obstinatis ani-
 mis tatis per estis præstolati Vespasianum,
 dum adueniret ipse ciuitatis vestræ mœnia
 oppugnaturus omni suo cum potentatu.
 Tunc enim primùm timore perculti arma
 iij posui-

posuistis, fuissetq; vestra illa ciuitas excisa
à fundamentis, ni Vespasian⁹ rege inter-
pellante & vestram excusante desipien-
tiam, indulsisset veniā. Itaque non author
ego censendus, vos potius qui nihil non ho-
stile ac bellicū cogitastis nisi fortè non iam
meministis quòd quum vestram aduersum
me concumaciam toties tulisse tolerantis
simē, neminem per hæc morte multauī.

[Quām vos diuersi abiustis à mea clemen-
tia?] Enim uero quo tempore obsidebar in
Iotapatis ab Romanorum exercitu, mota
inter vos velitari digladiatione, non q; vl-
lo tangeremini benevolentiae affectu erga
regem & Romanos, verius mutua exciti
seditione (qua vestra fuit omnibus impro-
banda malignitas) octoginta quinque su-
pra centum ciuium occidione occidistis.

Quid porrò est? Nonne iam vallo hostili
circumsessa Hierusalem, milia duo Tibe-
riensiū quæstioni torturæ ve exposita sunt,
quorum hi quidem morte conciderunt, alijs
verò

verò deprehensi è vestigio facti sunt extor
 res inq; captiuitatem abrepti? Sed forsan
 ausis inficiari comperiri posse te perduel-
 lionatus, siue in patriam hostili fuisse ani-
 mo, quòd tum profugeris ad regem. Et hoc
 sanè fateor fecisse te timore percutsum, ne
 pœnas mihi dares merito tuo dignas. Egó-
 ne improbus ideo haberi debeam, quia tu
 quidem obucis? Rex autem ipse Agrip-
 pas, qui tibi animam tuam indulserat cle-
 menter decreto Vespasiani morti addicto,
 quiq; te tot gratuitis cumularat opib⁹, qua-
 demum causa bis te loris astrinxit? Cur to-
 ties illius præcepto miser tu transfuga co-
 actus es vertere solum? Quod item atroci
 morte cui semel eras addictus, non peristi,
 salutem hanc tuam debes Berenicæ eius
 sorori, cuius crebra obtestatione fractus vi-
 tā tibi indulxit. Nec id præstitit modo post
 tot piacula abs te designata, sed eī delegata
 tibi ea functiōe, illi ut esses ab episto-
 lis, quū nescio quid te deprehendisset in eo

i iij munere

munere versantem dolo malo interuerteris-
se te, auersatus è suo conspectu summouit.
*V*erū de his ne iusto exactius videar vo-
luisse coarguere te, mihi iam tēpero. Subit
alioqui mirari me tuam impudentem arro-
gantiam, qui ausus sis dicere te vnum cæ-
teris omnibus qui hasce res ad posteritatis
memoria in literas transmiserunt, melius
tradidisse, qui ne ea quidē certò rescueris
quæ tum gesta per Galilæam sunt. Bery-
ti enim eras tunc apud regē. At ne cōme-
ministi quidem eorum quæcunq; Romani
in Iotapatarū obsidione vel sunt passi, vel
certè aduersum nos designarunt, nostram
alioqui subsequutus historiam. Neque in-
super condiscere poteras tu quæcunq; mea
vnius obfessi industria confecta sint. Qui
enim, cæsis in eo conflictu omnibus, quorum
fideli relatu potuisses ea pro comperto ha-
bere? Dixeris forsitan conscripsisse te exa-
ctius quæcunque aduersus Hierosolymi-
tas gesserint Romani. Quo id pacto fieri
posset?

posset? Neque enim ei bello interfueristi, at
ne legisti quidem Cæsaris commentaria.
Vtriusque veritatem colligere liceat argu-
mento hoc & certè maximo, quòd ex dia-
metro pugnantia cum commentarijs ipsius
Cæsaris scripsisti. Quid? si confidebas cæ-
teris ad vnu historicis conscripsisse te me-
lius, quin tu viuentibus Vespaiano et Ti-
to Imperatoribus quorum opera ac studio
bellum est confectum, superstite etiamnum
rege Agrippa, & ex eius genere viris o-
mnibus qui in Græcanica ista eruditione
plurimum promouerant, istam tuam histo-
riam non afferebas in medium? Habebas
vique eam ante annos hosce viginti scri-
ptam. Ita enim ab eruditis auferre potuiss-
es haud mediocris diligentiae elogium. Nuc
verò quando illi quidem morte intercepti
à nobis abierunt, ac proinde ratus te non
posse coargui falsi, ita demum insole-
scis. Etiam si ad eum modum tibi loquar,
haud ramen est quòd meis vnius scriptis

i iiii abs

abs te male metuam, quando ea ipsis consecravi imperatoribus qui rerum gestarū propè omnium oculati fuerant testes. Probè enim mihi ipsi sum conscientius, quod obseruarim traditionem veritatis, cuius gratia quum initio scribendi sperassem perfrui rum me esse testimonio eruditorum, nihil dum aberraui à scopo. Et alijs quidem aliquam multis mox ut scripta est, legendam tradidi historiam, quorum nonnulli interfuerunt ei bello, in quibus & rex Agrippas numerandus venit, quidam item alijs illi congeneres. Et quide ipse Imperator Titus hanc vnam rerum quas præclarè gesserat, commentationem cupide adeò voluit hominibus tradi, ut libros ipsos sua manu consignatos euulgari iussit, & in publicum legentium usum prodi. Rex item Agrippas duas & sexaginta scripsit epistolas quibus traditæ per me veritati suū additæ elogium: è quibus sanè duas visum est subtexere, quo tibi vni, si quidem voles, licet

ceat per eas nosse, cuiusmodi scripta sint
mea.

Rex Agrippas Iosepho charissimo
gaudere.

Maxima cum animi voluptate percur-
ri librum. Mihī visus es in eo exarando
operam posuisse multò exactiorem cæteris
qui eadem de re conscripserunt. Facito, ad
me mittantur et reliqui. Vale charissime.

Rex Agrippas Iosepho charissimo,
Salutem.

Eorum lectione quæ scripsisti, vidēris sic
nos totos edoctus abusque primis meæ vitæ
rudimentis, ut iam nullum sit preciū opera
factur⁹, qui te docere voler. Cæterū, quā-
do permulta ignorantur: si mecum congre-
dere, ea familiari traditione tibi prodam.

Absoluta igitur, suisque omnibus con-
stante numeris historia quod veritate nitā-
tur, à me stetit Agrippas circa assenta-
tionem ullam. Neque enim viro conuenie-
bat cuiquam assentari. Neque rursus ca-
uillo

uillo aut dissimulatione me eludens, quod
tu vnus opponis. Aberat enim is ab impro-
ba eiusmodi scribendi consuetudine lōgiūs,
sed veritatē cōscriptae historiæ suo astrue-
bat elogio, quemadmodum & plerique o-
mnes qui in eius incidūt lectionem. Et hæc
quidem, quòd in se contineant utilem &
tuendæ aduersus Iustum causæ meæ neces-
sariam commendationem, hactenus dicta
sunt. Composita igitur Republica Tibe-
riadis, & ad officium moderationemque
per me reuocata, coacto insuper ami-
corum concilio & considere iusso propo-
nebam in mediū ut decernerent quid mi-
foret faciendum aduersus Ioannem. Sanè
in commune Galilæis omnibus visum tunc
est, ut cū armatis omnibus coarirer aduer-
sus illum, deq; eo cœu seditionis totius au-
thore pœnas sumerem. Ego huic decreto nō
acquiescebā, quòd constituisse initio mei
ducatus quicquid usquam conciretur tur-
barum, supprimerem citra ullius cædem
homini-

hominis: quamobrem probabam admodū
utile fore, si omni cum diligentia internos
se possem nomina asseclarū Ioannis. His
itaq; expletis et agnitis, illis quinam ho-
minum essent, iusſi per cōpita decreti mei
tabulā affigi, cuius tenore fidem ac dexte-
ram offerebam Ioannis complicibus, si mo-
dò vellent recipere se ad meliorem vitæ fru-
gem. Ut autem maturo cum cōfilio delige-
rent quæ sibi essent profutura, consultandi
tempus extraxi in vigesimum diē. Intermit-
nabar per hæc nisi se armis exuerent, me
et eorum domicilia traditurum igni, et
facultates publicaturum. His illi auditis
nō mediocri timore perculsi Ioannem qui-
dem relinquunt, excusis autē à se armis
ad me venerunt numero quatuor milia ho-
minum: Ioāni verò circiter mille et quin-
genti cohæserunt ex ciuibus partim, par-
tim è Tyriorum metropoli externi quidā
milites. Hunc in modū Ioannes meo vnius
strategemate elusus, deinceps in patria

præ-

præterpidus se continebat. Secundū id tem-
pus Sepphoritæ præsentia animorum freti
ad arma prouolant, nitentes munitissimo
mœnum suorum ambitu, quodq; perspice-
rent me à diuersa parte stare. Mittut in-
terim ad Cestium Gallum (erat is tum Sy-
riæ præses) hisce illum obsecrantes, ad se
ocytus ut veniret in suam fidem ciuitatem
accepturus, aut certè mitteret qui ciuitati
eßent præsidio. Gallus quidem venturum
eò se eße pollicitus est: quo alioqui tempore
speraretur affuturus, nō expreßit. Re vt
erat, audita, assumptis mecum militibus
et in Sepphoritas facta impressione, toto
exercitus robore ciuitatem eorum cepi. Ga-
lilæi verò occasione arrepta, ratiq; sibi ad-
esse vindicandi sui in illos odij opportuni-
tatem, (Erga enim eā ciuitatem infensum
gerebant atque hostilem animum) acri cū
impetu aduersus eos prouolarunt tanquā
eos cum aduenis ad vnum excisuri ac da-
turi pessum. Præpropero igitur cursu in-
gressi

gressi ciuitatem, desertas habitatoribus æ-
desquum offendissent, incendio tradidere.
Earū enim incolæ iuxta ac inquilini præ-
trepidi in summam vrbis arcem glomera-
tim profugerant. Nostri inter hæc diripie-
bant quæque obvia: nec ullum imponebant
modum isti miseræ depopulationi aduersus
sibi contribules. Ego qui hæc perspicere fie-
ri, dici non potest, quanto contraherer ani-
mi angore: ac prouide edicebam, ab eius-
modi rapinis sibi ut temperarent, suggerens
neutram fas nobis talia admittere ad-
uersus congeneres nostros. Illi quum neque
obsecrantem me exaudirent, neque morem
gererent imperanti, (vincebat enim omni-
modam admonitionem odij aduersus illos
præconcepti magnitudo) iubeo amicorum
me circunfidentium fidissimos quoq; hos
dissipare sermones, quia Romanorum mi-
litum vis ingens altera vrbis parte aduer-
sum nos ingressa esset. Hæc eò faciebam,
ut isthac rumore ad prædantium aures p-
lato,

lato, possem Galilæorum ad prædam e^o
incendia alacres impetus cohibere, ac pro-
inde eam Sepphoritarum ciuitatem sarcā
rectam tueri. Denique meum hoc strate-
gema fælici exitu cecidit. Audito enim e-
iusmodi nuncio sibi ipsis timuerunt, ac ra-
pinis in loco relictis præcipites se commise-
runt fugæ, tum maxime quum me suū du-
cem eadem facere perspicerent. Quò enim
fides disperso rumor habereatur solidior,
fingebam me affici ad diuulgationem fa-
mæ nihilo secius atque milites. Sepphoritæ
vero præter omnem suam spem hoc meo ar-
tifici commento seruati sunt incolumes. Ti-
berias proinde parum abfuit, quin per in-
cursionem Galilæorum patuerit rapinae.
Hæc illi incidit causa: Qui eorū sanctio-
ri concilio præsidebant, scribunt Regi obse-
crantes ad se vt veniret ciuitatem in suam
ditionem accepturus. Pollicitus rex est vē-
trum se per epistolas respondens, quas ad
Tiberienses perferendas dat vnicuiuspiā cu-
bicula-

biculariorum Crispo quidē nomine, genere
autem Iudeo. Gerulum hunc literarū Ga-
lilæi qui nouerant, comprehensum addu-
cunt ad me. Rem ut audiuit multitudo om-
nis, in iram peracrē extimulata, ad arma-
se conuertit. Postridie eius diei ad me per-
multi yndecunq; collectitij venerūt in Aso-
chin ciuitatem quo tum loci versabar. Vo-
ces obstreperæ edebantur magno cū euila-
tu subinde appellantes Tiberiadem Ga-
lilæe proditricem ac perduellem, nempe
peramicam Regi. Rogabant proinde en-
xius se vt finerem à fundamentis eam pror-
sus demoliri &c. æquare solo. Erant isti Ti-
beriensibus peræquè infensi ac fuerat Sep-
phoritis. Quid agerem in tanto vocum stre-
pitu? veluti in salebra hærebā consiliū in-
ops. Nō occurrebat ratio vlla idonea exi-
menda Tiberiadi iræ Galilæorum aduer-
sus Tiberienses conceptæ. Neq; enim in si-
ciari poteram ipsos scripsisse regi eum ad
se inuitantes. Exemplaria enim literarum
quas

quas Rex suo ad eos nomine trāscribebat,
coarguebant veritatem. Anxius igitur a-
nimo hæc mecum repetens demum respon-
di: Evidem non me clām est Tiberienses
in pariam fuisse iniurios, ut qui comperti
sunt perduellionatus: ciuitatem rursus non
est cur vos prohibeā diripere. Atq haud-
• quaquam citra cognitionem sententiā ve-
tudicū tentanda res hæc venit, quum tā-
ti sit momenti. Neque enim soli Tiberien-
ses nostram prodidere libertatem. Sunt eī
alij permulti qui in Galilea censebantur
esse exploratissimæ fidei. Quare præstole-
mini (obsecro) tantisper dum exactius edi-
dicero, qui istiusmodi prodigionis authores
fuerint. Omnes tum qui comperti fuerint
criminis, sub manus mittam vestras: eī
quos cunque eorum educam singularim, po-
teritis * His à me dictis persuasa multitu-
do est, eī sedato ira & perstrepentis tumultu
tu in sua quique disceserunt: eum autē qui
missus ab rege erat, iussi esse in vinculis.

Post

* Hic sup
plendum
reor mū-
tū aet.

Post non ita multos dies, simulata quapiā
necessitate earū quæ me cōtingeret, quæ ve-
rgeret mitti peregre ad quendam regiae
ditionis, accitum ad me clām omnib⁹ Cri-
spum, iussi ut militem se custodietem ines-
caret vino meraciore, et eo iam ebrio trans-
fugeret ad regē. Iam verò Tiberias secū-
do periclitabatur excidi et pessum ire, sed
et hoc quod illi acyūs impendebat periculū
ut vitaret, militari solertia prouidi. Illo itē
tempore Iustus Pisti filius me clām transfu-
gio ad regem se recepit. Istius transfugij
causam explicabo: Accepto ab Iudæis pri-
cipatu belli aduersus Romanos admini-
strandi, Tiberienses quidem hac de re fa-
cti certiores constituerat eorum regi parere et
à Romanorum imperio neutiquam descif-
cere, è diuerso Iustus ut qui esset nouandæ
Reipublicæ cupientissim⁹, vt ad arma pro-
uolarent, suadebat quod hac via speraret
se promotum iri in principem Galilæorum
ac suæ patriæ. Ne sic tamen eorum quæ

lz spe præ-

spe præsumperat, est quicquam indept^{us}. Etenim Galilæi quod infensius odissent Tibérienses ob ea quibus authore Iusto miserè affecti fuerant ante belli initium, neutique ferebant aquis animis eū sibi præferri in ducē. Quin etego cui^{us} fidei cōcreditus erat is Galilæe principat^{us} cōmunibus suffragis populi Hierosolymitani, in tantā subinde descendī animi indignationē, vt parū abfuerim ab occidendo Iusto, vt qui nō essem ferendis quibus ille identidē me diuexabat, molestijs. Ille igitur à me sibi male metuens ac veritum, ne indignatio aduersum se cōceptra infelicē semel sortiretur exitū, ad negē misit rat^{us} se apud illū ete melius ete tunc habitaturū. Sephorite insup vitato præter omnem suā spem primo periculo miserunt qui rogarent Cestiu Gallum ad se venire maturi^{us} vt in suā fidem ciuitatem ac ciperet, aut cerre vim militū mitteret quod coros aduersum se hostiū assult^{us} posset elindere. Tādem persuaserunt, vt mitteret exquitum

quitum peditumq; robur frequens ac den-
sum: quod quum aduenisset, noctu intromi-
serunt. Regione autem per hunc Romanū
exercitum circuncirca regionem misere af-
flicta ac diuexata, assumptis ego militib;
qui me tum circumstabant, veni in Garisi-
men. quò loci iacto vallo procul à ciuitate
ciuitate Sepphoritarum nempe stadijs vi-
ginti disparatus, noctu ad eam quum per-
uenissem, muros oppugnabam, applicitisq;
scalis ac densa militum vi iussa inscende-
re et irruptione facta, plurima vrbis parte
sum potitus. Post non ita diu per locorum
ignorantiam adacti illinc digressi sumus,
captis è Romanorum peditibus duodecim,
equitibus item duobus cū aliquot Seppho-
ritis. Vnus eis sol^o nobis intercidit. Ini-
ta demum nobis pugna per campi planicie
aduersus equites diutius inter tot pericula
strenue ac fortiter versati cessim^o inferio-
res. Romanis enim me circūuenientib^o, mi-
lites mei prætrepidi ac proinde terga ver-
liz ij ten-

rentes fugæ præsidia quæsierunt. In ea conflictu cadit unus eorum quib⁹ corporis mei custodia credita erat nomine Iust⁹, q̄ apud Regem, eum aliquando ordinem fuerat sortit⁹. Hoc eodem tempore ab rege venit vis frequens equitum peditumq; quib⁹ ductādis præerat Syllas qui eī vnus erat custos dū regij corporis. Hic igitur à Iuliade disiunctus stadijs quinque castrametatur, et præficit custodiam militarem explorandis exitibus viarum, cùm ei quæ in Cana oppidum, tum illi quæ in præsidium Gamala recta ducit, quo commeatus importādi ad locorum incolas per Galilæos commoditatem omnem intercluderet. His primū auditis, nihil cunctatus eō destinavi armatorum duo milia, quibus in ducem præfeci Hieremiam. Sanè hi vallo iacto à Iuliade dissipiti studio uno secus Iordanem fluuium præter velitares aliquor conflitus eī pugnæ irritamenta nihil memorabile gesserunt, donec ipse ad eos me contuli assum-

ptis

ptis tribus milib⁹ militum. Postero die mei
 ad eos aduentus in prærupta quadam val-
 le collocatis insidijs haud ita procul à ca-
 stris illorum prouocabā regis stipendiarios
 ad pugnam, admonitus his qui mecum mi-
 litibus, tātisper terga vt obuerteret, quo ad
 è vallo elicerent hostes e& aduersum se fe-
 stino cursu vidissent prodire. Id quod cōti-
 git. Syllas enim quū simulasset prius per
 ignauiam ac rei militaris imperitiā fugere
 nostros, primus omnium tādem est ad per-
 sequendum nos ausus progredi, vt impigro
 erat e& alaci animo : qui autem à tergo
 delitescebant ex insidijs prodeentes prehē-
 dunt hominem, quod factū cæteros omnes
 exterruit, e& ad peracrem tumulū per-
 mistos exciuit. Ego fælici hac ac tempesti-
 ua vſus tergiuersatione, omni cum exerci-
 tu promoui ē vestigio gradum, occursum
 stipendiarijs regis, quos e& in fugam ver-
 ti. Quæ per illum diem ipſe gesſi, lætiſſimū
 ac fælicem prorsus exitū fuerat fortitura,
 lz iij si non

si non leuus aliquis dæmon tenorem inter-
 polasset dextimi istius ac perpetui cursus.
 Equus enim cui insidens eā confeci pugnā,
 simul ut abiit præceps in cœnulētum ac pa-
 lustrem locum, allisit me solo. Sec⁹ igitur ca-
 uū manus impacta articulis collisione dela-
 tus sum in oppidum cui nomen Kepharnau-
 mōn. His auditis ac proinde metu præ-
 trepidi milites mei ne quid cōtingeret adi-
 re me acerbius, ab hostium quidem persecu-
 tione desticerunt, circa vero Emiliā se rece-
 perunt angore animorum contracti. Ac-
 cersitis igitur ad me medicis, illo die quum
 ex eo vulnera reualuisse, eodē in loco hæsi-
 fixiūs ardore correptus febrili, proq; medi-
 corum sententia sum noctu tralatus Tari-
 cheas. Syllas autem & qui cum ipso erāt
 ipso erant milites, auditis quæ mihi accidis-
 sent, animos collegerūt. Cumq; noſſet quia
 excubiae circa custodiam castrorum supi-
 nè ac oscitanter transmittenentur: cohorte
 equitum in insidiarum loco iussa sedere p-
 noctem

noctem trans Iordanis fluuiū, dilucula scen-
te die nos proritabant ad pugnā. Hoc qui-
dem audito, nostri quum ad campum usq;
essent progressi: ecce equites illi in apertum
prosilientes, ex insidijs eos in fugam verté-
re iniecta non mediocri animorum conser-
natione, per quam factum est, ut sex è no-
stris interciderint. At qui eam sibi oblatā
victoriam non sunt usque ad lātum finem
persecuti. Simul enim atque audierunt ar-
matos è Taricheis aliquam multos ad naf-
se portui Iuliadis, hoc perterriti nuncio illic
secesserunt. Nō ita multo post tempore Ve-
spasianus applicuit Tyro, comitante rege
Agrippa. Porrò Tyrij incéssere cœperūt
regem maledictis, hostem vocantes Tyrio-
rum iuxta ac Romanorum. Philippū enim
regij exercitus ducem confirmabat prodi-
disse regiam, Romaniq; exercit⁹ qui Hie-
rosolymis erat, robur vniuersum idq; regis
iussu. His auditis Vespasian⁹ peracri ob-
iurgatione castigauit Tyrios, qui virū ac
lz uij regē

regem Romanis peramicum nihil esset veriti aspergere apertis contumelias: regem aliquoqui admonuit, mitteret Romanam Philippum eorum quæ facta fuerant, repositurum rationem. Philippus proinde Romanam missus, non sustinuit prodire in Neronis cōspe
 Etum: Eum enim quū deprehēdisset in extremitate ob turbelas in quas Respub. incidiasset perq; bellum intestinū: nihil cū etarns se ad regem recepit. Verū enim vero Vespasianus quum aduenisset Ptolemaidem, optimates decē ciuitatum Syriae obstreperis clamoribus interpellabant eum aduersus Iustum Tiberiem q̄ eorū vicos cōcrenassent. Tradidit igitur eū regi Vespasianus torturis subiiciendū p̄ regni tributarios. Rex autem ipsum astringi iussit loris, celatur clamq; Vespasiano de Iusto peracturus quemadmodum ipse superius declarauit. Sepphoritæ vero quum honorifice occurriissent Vespasiano, salute eidem dicta, adsciscunt sibi militum numerosam

vim

in tois
 σχολιοις
 ὅτα

vim ducemq; Placidum: quos quidē cum
 ea militari manu ascēdētes ipse vestigia-
 tim affectabar vſq; dum in Galilæā ad-
 ueniret Vespasian⁹, quo de aduentu, cuius
 modi fuerit ingress⁹ eius, quō ve pacto cir-
 ca Taricheas oppidum mecum confixerit
 primum, vtque illinc promouerint bellum
 in Iotapata, quæ item ipse designarim per
 eam obsidionem, quo tandem modo in ho-
 stium manus simul atque veni, adstrictus
 sum vinculis, & solutus, item quæcunque
 rursus toto Iudaici belli tempore ipse per-
 feci, deniq; Hierosolymitarū obsidionē sū
 exequutus accuratiore opera in libris qui
 inscribuntur, De bello Iudaico, & ea pro-
 didi scriptis. Seriæ rei nec vacatis operæ fu-
 turum arbitror, si perscriptis per me monu-
 mentis eorum quæcūq; sunt gesta tempore
 belli Iudaici, ea quoq; adscribā quæ dein-
 ceps mihi nunc vſq; peracta sunt. Quum
 igitur Iotapatarum obsidio hunc esset for-
 titia finem, inq; manus venisse Romano-
 rum, omni cum cautione sum iussus asser-
 uari,

Idem scri-
 bit ca x;
 tertii lib.
 de bello
 Iudaico.

uari, etiam si multis saepe argumentis me haberet Vespasian⁹ magno in honore. Continuò enim illi⁹ præceptione in uxorem duxi virginē quandā ex eis quae captæ sunt sec⁹ Cæsariā & in captiuitatem abductæ, loci indigenam. Verum nō diu apud me hæsit. Nam soluto me et cū Vespasiano vna pfecto Alexandriā, et ipsam libertati pristinæ restitutā iussi quo veller, abire. UXOREM secundū hāc, duxi alterā apud Alexandriā. Illinc quoq; vna cū Titio miss⁹ ad Hierosolymorū obsidionē nō semel sum periclitat⁹ de vita, Iudeis studio nec mediocri habentib⁹ me vnu ceu mancipē vt sub suas mitteret man⁹, expertedæ de me vltoris causa. Nā quoties cōtingeret victos ab Romanis discedere, mea vni pditione hoc se censem̄t multari malo. Quin et praesente imperatore voces obstreperæ et assidue exaudiēbātur ad pœnā deposcētiū me tāq; perduellē aut patriæ proditore. Titus verò Cæsar ut quē nihil latéret eorū qui per id bellū cōtingere casus fortuiti, militū aduersum

sum me acriores impetus eludebat silentio.
His adde, q̄ eī priū aliquantō q̄ à fun-
damētis excidēda foret Hierosolymitarū
ciuitas, ipse Tit⁹ Cæsar subinde suadebat,
vt quicquid censerē lōgē optimū ex demo-
litione patriæ mox solo adæquādæ, id acci-
perem. Se enim asseuerabat nihil inuitè im-
pertiri. Ego autē qui excisa collapsave pa-
tria, inter ea quæ accepta meæ vnius cōfo-
lationi profutura sperare seruari posse, ni-
bil ducere antiqu⁹ libertate corporū vna
cū sacris codicib⁹, hoc vtrunq; accepi libe-
raliter indulgēte Tiro. Post enim aliquātū
temporis depoposci fratri vitā cū amicis qui
quagita donari mihi, huic ipse petitioni lu-
bē assens⁹ est. Sed et potestate ab eodē ac-
cepta profect⁹ ad templū, vbi introclusa e-
rat numerosa et p̄mīscua multitudo capti-
uorū, mulierū ac puerorū, quoscunq; inter
hos agnoui ex amicitia aut necessitudine
mihi deuinctos ab impēdente illis nece ser-
uauit numero circiter centū nonaginta, il-
lisq; impetraui abeūdi potestate, nullo in-
terim

terim depenso redēptionis precio, eisdē insu
 per p Cæsarī indulgētiā fortuna priore p-
 missa. Miſsus prætere a ſum iubente Tiro
 Cæſare cū Cerælio ac mille equitib⁹ in op-
 pidū quoddā cui nomē Techue, cōtempla-
 tur⁹, nū is loc⁹ eſſet excipiēdo vallo accōmo-
 dus: illinc deniq; ad Cæſarē me recipiēs, et
 cōſpecta multitudine captiuorū miserè cru-
 cib⁹ ſuffixorum in quib⁹ tres agnoui mihi
 prius familiarī cōſuetudine deuinctos, in-
 dolui animo, quūq; accidiffē Titii pedibus,
 p̄fusis lacrymis īgemiscēs, rē vt erat, re-
 ferebā. Ille mox iuſſit depositos accuratiſſi-
 mis officijs perfrui et refoueri. Horū quidē
 duo dū medicamētis delininiuntur, in fata
 cōceſſere: tertius autē pristinæ eſt vitæ re-
 ſtitutus. Fine tandē imposito tot per Iudeā
 promotis intemperijs, Titus quū facile con-
 iijceret agros qui mei fuerant iuris in cōfi-
 nio Hierusalē, mihi deinceps nulli fore v-
 sui, q̄ Romanorum custodia illic habitura
 eſſet ſedē, prædiū mihi puidit aliud in cā-
 po. E' Iudea p̄inde ſolutur⁹ Romā, ſtatuit
 ſe-

En ſāguis
 Christi.
 exquiri-
 tur.

secū vñāvt nauigarē. Romā vbi appulim⁹,
vespasian⁹ multis me p̄secut⁹ est puidētiæ
suæ officijs. In eis enim ædib⁹ quas poſſe-de-
rat priusq; summo p̄cipatu inaugurate-
tur, et liberale hospitiū impertuit, et o-
mni cū honore me in ciuē Romanū ascivit,
attributa mihi annua p̄ſitatiōne liberalis
pecunia in stipendiū. Idē dū in viuis fuit,
ſemper me habuit honori, nullo vñq; omiſſo
erga me officio cumulatissimæ ſuæ beni-
gnitatis, quæ illi⁹ prop̄ſa humanitas quo-
rundā inuidiā nō ſemel protrufit me in a-
pertū vitæ diſcrimen. Iudæus enim quidā
Ionathas nomine per motoriā ſeditionē in
Cyrene quū bis mille indigenas ſolicitaſ-
ſet, deniq; et persuafſet ad defectionē à
Romano imperio, illis quidē author fuit ut
interciderint, ipſe vero iubente loci præſide
ad strict⁹ loris et ad Imperatore missus di-
cebat miſiffe me et arma et pecunias. Ne
ſic quidē q̄libet impudenter ementit⁹ latére
potuit Vespasianū, quin addic̄tus neci ſit
ac traditus. Vitato iſtiuſmodi periculo, ple-
rifq;

risq; alijs sum appetitus obiectionibus cri-
minū ab ijs falso cōfictis qui mihi inuide-
bant istius latissimè cadēris fortunæ succes-
sum, quas tamē ad vnā effugi Dei prouide-
ntia clemēter me respicientis. Gratuita
dein liberalitate Vespasiani donatus sum
haud exigua portione terræ in Iudea, quo
tempore accepi eī vxorē, cuius mores quū
parū mihi adlubescerēt, nec probarentur,
dato repudiij libello à meo cōgressu ablega-
ui, matrē alioqui liberorū trium, quorū duo
quidē suum diem obiere, superstes est ter-
tius quē appellaui Hyrcanū. Secundūm
has duas tertiā duxi, quæ diutius quidem
Cretam incoluerat, genere autem erat Iu-
dea, parentibus prognata apprimè gene-
rosis eī eorū qui in ea degebant regione,
omnium maximè spectabilibus. Indoles hu-
ius meæ vxoris dissentanea longè abibat
ac diuersa à plerisq; alijs, sicuti vitæ po-
sterioris tenor liquido docuit. Ex ea mihi
duo prognati sunt liberi. Priori quidem no-
men est, Iustus: alter Simonides dicitur, quē

G.

Agrippæ cognomine insigniui. Hætenus sane quod ad familiā meā attinet, hæc mihi satis dicta sunt. Per indulgentiam proinde Imperatorū in hunc usq; diē perstare mecum consimilis fortunæ dexteritas. Vespasiano enim vitæ huius munere defuncto, Titus quum excepisset imperiū, honorem mihi afferuauit nihil patri disparē. Me enim ad causam dicendā subinde per æmulos accersito, nullam illis cōmodabat fidem. Denique et hunc quum excepisset ceu hæres imperij Domitianus, adeò dignitatem nulla in re imminuit, vt auxerit magis. Nam et Iudeos qui me falsò impactis criminibus traducebat, cædi iussit. Eunuchum insuper mihi domesticum famulū quem filio in paedagogū deram, q; dicā mihi inscrīpsisset, præcepit consindi flagris. Quin et is regionem in Iudea mihi collatā donauit immunitate, qui quidem honor ei censetur esse amplissimus qui accepit. Ad hæc munifica liberalitas

ralicas. Dometia que Cæsari erat vpo
nunquā erga me interquierit. Et haec quā
dem per omne istius vice curriculum mihi
peracta sunt. Horum lectione alijs vocum
visum fuerit, sententiam ferant deinde
ingemio ve meo: tibi autem, ô virorum pri-
stantissime Epaphrodite, quando bracket
omnem tradidi veteris historiæ scriptu-
ram, præsentiloco visum est finem impo-
nere operi.

Absoluti sunt Flauij Iosephi anti-
qua historiæ Iudeorum libri
viginti, quibus accessit
et vita Iosephi.